



o
PUBLICA

No 12
Sala Reservada
Incurables



Tue

19

13
d. B.º 1-4-

**Pōponii melle cosmographi
de situ orbis. Liber primus.**

Prohemium.



Orbis sitū dicere

aggredior ipeditus opus
et faciēdie minime capax.

Constat enim fere genti-
um locorūq; nominibus
et eorum perplexo satis

ordine: quem persequi longa est magis q̄ be-
nigna materia: Ceterum aspici tamē cognos-
ciq; dignissimum: et quod si non ope ingenij
orantis: at ipsa sui contēplatione pretiū ope
attendentiū absoluat. Sicā autē alias plura
et exactius: Nūc aut vt queq; erunt clarissi-
ma et strictim: ac primo quidē que sit forma
totius: que maxime partes. quo singule mo-
do sint: vtq; habitētur expediā. Beinde rur-
sus oras omnium et littoza vt intra extraq;
sunt. atq; vt ea subit ac circūluit pelagus: ad-
ditis que in natura regionum incolarūq;
memoranda sunt: Id quo facilius iciri pos-
sit atq; accipi: paulo altius summa repetet.

**Mundi in quatuor
partes diuisio.**



o Dne igitur hoc quicquid e: cui mu-
di celiq; nome indidimus: vnum id
e: et vno ambitu se cunctaq; amplecti-
tur: ptibus differt. Unde sol orit: oriens nu-
patur: aut ortus. quo demergitur: occidens
vl' occasus. qua decurrit: meridies ab aduer-
sa parte: septentrio. huic medio terra subli-
mis cigitur vndiq; maris: eademq; in duo la-
tera: que hemispheria nominantur: ab orien-
te diuisa ad occasum conis quinq; distingit.
mediam estus infestat. frigus. vltimas. Reli-
que habitabiles paria agunt anni tempora:
veru non pariter. Antichthones altera. nos
alteram incolimus. Illius situs ob ardorez
intercedentis plage incognitus. huius dicen-
dus est. Hec ergo ab ortu porrecta ad occa-
sum: et quia sic iacet aliquanto q; vbi latissi-
ma est: longior ambitur omnis oceano: qua-
tuorq; ex eo maria recipit. Unum ab septen-
trione. a meridie duo. quartum ab occasu.
Suis locis illa referent. Hoc pmu angustuz
nec amplius decez millibus passuz patens
terras aperit atq; intrat. Tu lōge lateq; dif-
fusum abigit vaste cedentia littora: iisdemq;
ex diuerso prope coeuntibus adeo in arctum
agit: vt minus mille passib' pateat. Unde se-
rursus: sed modice admodu laxat: rursusq;

Hemispherium.
zone quinq;

Antichthones.

Quatuor ex o/
ceano maria.

etiam quod fuit: arctius exit in spatium. Quo-
cum est acceptum ingens iterum et magno et
paludi ceterum exiguo ore coniungitur. Id
omne qua venit: quaque dispergitur / vno vo-
cabulo nostrum mare dicitur. Angustias in-
troitusque venientis nos fretum. greci porthmon
appellant. Qua diffunditur alia alijs locis
cognomina acceptat. Ubi primum se coarctat:
hellespontus vocatur. Propontis: ubi expa-
dit. Ubi iterum pressit: thracius bosphorus.
Ubi iterum effundit: pontus Euxinus. Qua
paludi committitur cimmericus bosphorus. pa-
lus ipsa meotis. Hoc mari et duobus in-
clytis amnibus Tanai et Nile in tres partes uni-
uersum diuiditur. Tanais a septentrione ad
meridie vergens in media fere meotida deflu-
it: et ex diuerso Nilus in pelagus. Quod ter-
rarum iacet a freto ad ea flumina ab altero late-
re Africam vocamus. ab altero Europam. ad Ni-
lum africam. ad Tanain Europam: Ultra quic-
quid est Asia est. Tribus hanc e partibus tan-
git oceanus ita nominibus ut locis differens.
Eous ab oriente. a meridie indicus. a septentri-
one scythicus. Ipsa ingenti ac perpetua fronte
versa ad orientem tantum ibi se in latitudinem ef-
fundit: quantum Europe et africa: et quod inter
ambas pelagus inmissum est. Unde cum aliquate

a. ij.

Nostrum mare.
Fretum.

Hellespontus.
Propontis.
Bosphorus thracius.
Pontus Euxinus.
Cimerius bosphorus.
Meotis palus.
Tanais fluvius.
Tres orbis partes.

Africa.
Europa.
Summa asie de-
scriptio.
Eous oceanus.
Indicus.
Scythicus.

Mare arabicum.
Mare persicum.
Mare caspium.

Asie fines.

De asie populis.
Seres.
Indi.

Scythe.

nus solida processit ex illo oceano quē idicū dixim⁹ arabicum mare ⁊ persicū: ex cythico caspiū recipit: ⁊ ideo qua recipit angustior. Rursus expanditur et fit tam lata q̄ fuerat. Beinde cum iam in suum finem aliarumqz terrarū cōfinia deuenit: media nostris equoribus excipitur. reliqua altero cornu pergit ad Nilum altero ad Tanain. Ora eius cum alueo Nili amnis ripis descēdit in pelagus: et diu sicut illud incedit: ita sua littoza porrigit. Beinde fit venienti obuiam: et primuz se ingēti ambitu incuruat. post se ingēti fronte ad hellesponticum fretum extendit. ab eo iterum obliquat ad bosphorum: iterūqz ad ponticū latus curua aditum meotidos trās uerso margine attingit. Ipsa gremio ad Tanain vsqz complexa fit ripa: qua Tanais ē. In ea primos hominum accipimus ab oriente Indos et Seres ⁊ Scythas. Seres media ferme eoe partis incolunt. Indi vltima. ambo late patientes: neqz in hoc tantum pelagus effusi. Spectant eniz etiam meridiem Indi: oramqz idici maris: nisi q̄ estus inhabitabilē efficiūt: diu continuis gentibus occupant. Spectāt et septentrionē Scythae: ac littus scythicum: Nisi vnde frigoribus arcētur: vsqz ad caspium sinum possidēt. Indis

proxima est Ariadne. Beide aria ⁊ cedrosis
 et persis ad sinū persicū. Hunc populi persa
 rū ambiūt. illū alterū arabes. Ab ijs: quod
 in africanam restat: ethiopum est. Illic caspia
 ni scythia proximi sinum caspium cingunt.
 Ultra Amaçones: vltraq; eas hyperbozei
 esse memorātur. Interiora terrarum multe
 varieq; gentes habitāt gandariz ⁊ parianiz
 et bactri. susiani. pharmacotrophi. bomazei
 coamani. rophanes. dache. Sup scythas scy
 tharumq; desertaz ac super caspium sinum
 Comari. Massagete. Cadusi. Mircani. Hi
 beri. Super Amaçonas ⁊ Hyperbozeos Li
 merij. Scythe. Antiache. Georgili. Moschi
 Korsite. Phoziste. Riphaces. atq; vbi in no
 stra maria tractus excedit: Dari. Antibara
 ni. ⁊ notiora iam nomina Medij. Armenij.
 Comageni. Durrani. Clegeti. Cappadoces
 Greci. Lycæones. Phryges. Persæ. Isauri
 Lydi. Syrocilices. Kursus ex ijs: que meri
 diē spectāt: eedēq; gētes interiora littoza vsq;
 ad sinū persicū. Super hūc sunt Parthi ⁊ As
 sirij. Sup illū alteruz Babylonij. Et super
 Aethiopas egypti ripis Nili amnis ⁊ mari
 proxima ijsdem Aegyptij possident. Beinde
 arabia angusta fronte sequētia littoza attin
 git. Ab ea vsq; ad flexū illuz: quē supra rettu

Ariadne. Aria.
 Cedrosis. Persis

Caspiani.
 Amaçones.
 Hyperbozei.

Clarij asie populi.

Clariorū asie popu
 lorum nomina.

Arabia.
 Syria.

a. iij.

Cilicia.
Lycia. Troas.
Bithyni.

Pontici.
Meotici.
Sauromate.
Summa Europe
descriptio.

limus: Syria. et i ipso flexu Cilicia. extra au-
tez Lycia et paphlagonia. Caria. Ionia. Aeolis
Troas usque ad hellespontum. Ab eo bithyni sunt
ad thracium bosphorum. Circa pontum aliquot po-
puli alio alioque sine. omnes uno nomine pontici
dicuntur ad lacum meoticum: ad tanaim Sauromate.
e Europa terminos habet ab oriente. Ta-
nain et meotida et pontum. a meridie reli-
qua nostri maris ab occidente Atlanticum. a sep-
tentrione Britanicum oceanum. Ora eius forma
litorum Tanai ad hellespontum. qua ripa est dic-
ti amnis. qua flexum paludis ad ponticum redi-
git. qua propontidi et hellesponto latere ad-
iacet: contrariis littoribus Asiae non opposita
modo: verum etiam similis est. Unde ad fretum nunc
vaste retracta: nunc prominens tres maximos
sinus efficit: totidemque in altum se magnis fron-
tibus euehit. Extra fretum ad occidentem in-
equalis ad modum precipue media que pro-
currit ad septentrionem: nisi ubi semel iterumque
grandi recessu abducitur: pene ut directo limi-
te extensa est. Mare: quod primo sinu accipit
Aegeum dicitur. Quod sequenti in ore Ioniū.
Aeolicum interius. Quod ultimo nos tuscum
quod graeci Tyrhenum prohibent. Senticum pri-
ma est Scythia alia quam dicta est: a tanaim media
ferme pontici lateris. hinc in egei partem con-

Aegeum mare.
Ionium.
Aeolicum.
Tyrhenum.
Scythia Europe.
Thracia.

tinens thracie ac macedonie adjungit. Tum
grecia prominet: Aegeumq; ab Ionio mari
dirimit. Adriatici lat' Illyris occupat. In
ter ipm adriaticū ⁊ tuscū Italia procurrit.
In tusco itimo gallia est. Ultra hispania ē.
hec in occidentem deniq; etiā ad septentrio-
nē diuersis frontibus vergit. Beinde rursus
gallia est longe et a nostris littorib' hucusq;
pmissa. Ab ea Germani ad Sarmatas por-
riguntur. Illi ad Asiam.

africa ab orientis pte Nilo terminata:
pelago a ceteris: breuior ē quidē q̄ Eu-
ropa: quia nec vsquā Asie et nō totis huius
littoribus obtēditur. Longior tamē ipa q̄ la-
tior: ⁊ qua ad fluuiū attigit latissima: Et q;
inde procedit: ita media precipue in iuga ex-
urgēs p̄git in curua ad occasum: fastigiatq;
se molliter: et ideo ex spatio paulatī adducti-
or. Ubi finitur: ibi maxime angusta ē. Quā-
tum icolitur eximie fertilis. Uel q; pleraq;
ei' inculta: ⁊ aut harenis sterilib' obducta:
aut ob sitim celi terrarūq; deserta sunt: aut
infestantur multo ac malefico genere anima-
liū: vasta est magis q̄ frequens. Mare: quo
cigitur a septentrione lybicū: a meridie ethio-
picum. ab occidente atlanticū dicimus. Ab
ea parte: que libyco adiacet: proxima Nilo

a. iiii.

Macedonia.
Grecia.
Illyris.
Italia.
Gallia.
Hispania.

Germani.
Sarmate.
Summa Africe
descriptio.

Lybicum mare.
Aethiopicum.
Atlanticum.

Cyrene

Africa.

Humide. Mauri.

Nigrite.

Libyes. Aegyptij.

Leucoethiopes.

Getuli.

Garamantes.

Augile.

Troglodyte.

Atlantes.

Aegypanes.

Blemmye.

Gamphasantes.

Satyri.

provincia: quã Cyrenas vocat: Beinde cui
totius regionis vocabulo cognomen inditũ
ẽ: Africa. Cetera Humide et Mauri tenet.
Sed mauri in atlanticũ pelagũ expositi. Ul-
tra nigrite sũt ⁊ pharusij: vsqz ad ethiopas.
Hi et reliqua hui⁹ ⁊ totũ latus: quod meri-
diem spectat: vsqz in asie cõfinia possident.
At sup ea: que lybico mari abluũtur libyes
egyptij sunt: et Leucoethiopes et natio fre-
quens multiplexqz getuli. Beinde late vacat
regio ppetuo tractu inhabitabilis. Tũ pri-
mos ab oriẽte garamãtas. post augilas ⁊ tro-
glodytas et vltimos ad occasum atlãtas au-
dimus. Intra si credere libet: vix iam homi-
nes magisqz semiferi egyptanes et blemmye
et gamphasantes et satyri sine tectis passim
ac sedibus vagi habet potius terras: q̃ habi-
tent. Hec summa nostri orbis. he maxime p-
tes. he forme gẽtesqz partiũ. Nunc exactius
oras situsqz dicturo inde est cõmodissimũ in-
cipere: vnde terras nostrũ pelagus ingredit̃.
Et ab ijs potissimũ: que ifluẽti dextra sunt.
Beinde stringere littora ordine: quo iacent:
peragratisqz omnibus: que mare attingunt:
legere etiam illa: que cingit oceanus: donec
cursus incepti operis intra extraqz circum-
uectus orbẽ illuc: vnde ceperit: redeat.

o Actū ē atlāticū esse oceanū: qui terras
ab occidente contingeret: hinc in n̄m
mare pergentibus leua hispania. Maurita
nia dextra ē. Prime partes ille Europe. he
Africe. Eius ore finis Muluca. caput atqz
exordiuꝝ est promontoriū: quod greci ampe
lusianꝝ afri aliter sed idē significante vocabu
lo appellāt. In eo est specus Herculi faceꝝ:
⁊ ultra specū Linge oppidū peruet⁹ ab An
teo: vt ferūt conditū. Extat rei signū parma
elephātino tergoꝝ execto ingens: ⁊ ob mag
nitudinem nulli nunc vsuro habilis: quam
locorū accole ab illo gestatā p̄ vero habent
traduntqz: et inde eximie colunt. Beinde est
mons prealtus eiꝝ: queꝝ ex aduerso hispania
attollit obiectus. hunc abylam. illuz calpen
vocant. columnas Herculis vtrūqz. Adidit
fama nominis fabulā Hercule ip̄m iunctos
olim p̄petuo iugo diremisse colles: atqz ita
exclusuz antea mole montiū oceanū: ad que
nūc inūdat/ admissum. Hinc iā mare latius
funditur: summotasqz vasti⁹ terras magno
ipetu inflectit. Ceterū regio ignobilis: ⁊ vix
quicq̄ illustre sortita p̄uis oppidis habitat.
p̄ua flumina emittit: solo q̄ viris melior: et
segnitie gētis obscura. Ex ijs tamen: que cō
memorare nō piget: Montes sunt altiz: qui

Particularis afri
ce descriptio.

Muluca fluius.
Ampelusia promō
torium.
Specus Herculis.
Linge.
Antei monumētū.

Abyla. Calpe.
Herculis columnne.

cōtinēter ⁊ q̄si de idustria in ordinez expositi
ob numez septē ob similitudinez fratres vo
cant. Tuz vada flui⁹ ⁊ rusigada ⁊ siga pue
vrbes: et port⁹: cui magno est cognomen ob
spatiū. **Duluca** ille: quez diximus: annis ē
ingentiū olim regnorum terminus **Bocchi**
Jugurtheqz. Ab eo **Humidia** ad ripas ex
posita fluminis ampfaci spatio quidem quā
Mauritania angustior ē: **Clez** ⁊ culta ma
gis ⁊ ditior. **Cirbiuz:** q̄s habet maxime sunt
Cyrtha pcul a mari: nunc **Ducianoruz** colo
nia: quondā regū dom⁹ **Jube** ⁊ **Siphacis**:
cū foret opulētissima. **Jola** ad mare aliquā
do ignobilis: **Hūc** quia **Jube** regia fuit: et
q̄ cesarea vocitat̄ illustris. **Citra** hanc: nā in
medio ferme littoze sita est: **Cartina** et **Arsin**
na sūt oppida ⁊ **ampsa** castelluz et **Latur⁹** si
nus ⁊ **sardabale** flui⁹ vltra monumētū cō
mune regie gētis. **Beide** **Jcosiū** ⁊ **vthisia** vr
bes. effluētes iter eas **Ancus** ⁊ **Habar**: alia
qz que taceri nullū rez fameue dispēdiuz est.
Anterius ⁊ lōge satis a littoze: si fidē res ca
pit: mirū admodū spine pisciuz. muricū ostre
orūqz fragmenta: saxa attrita vti solent fluc
tibus et non differētia: marinis infixē cauti
bus anchoze: **Alia** et huiusmodi signa atqz
vestigia effusi olim vsqz ad ea loca pelagi in

Septem montes
fratres appellati.
Clada fluius.
Rusigada. Siga.
Duluca.
Humidia.
Ampfacus.

Cyrtha.

Jola.

Cesarea.

Cartinna.

Arsinna. Ampsa.

Laturus sinus.

Sardabale.

Jcosium.

Ancus. Habar.

no

campis nihil alentibus esse inueniriq; nar-
ratur. Regio que sequitur a promotorio De-
tagonio ad aras philenorum proprie nomine Afri-
ce usurpat. In ea sunt oppida Hipporegius
et Rusicade et Labraca. Beinde tria promō-
toria. candidū. apollinis. mercurij vaste pro-
iecta in altum duos grandes sinus efficiunt
hipponensem vocant proximum ab hippo-
nediarico: quod littori eius appositū est. In
altero sūt castra lelia. castra cornelia. flumē
Bragada. Cētica. et Carthago. ambe iclyte:
ambe a phoenicibus condite. Illa fato Ca-
tonis insignis. hec suo: nunc populi romani
colonia: olim ipij eius prinax emula. Jam
quidē itez opulenta: etiā nūc tam priorū exci-
dio rerum q̄ ope presentium clarior. Hadru-
mētū. Leptis. Lupea. Habromacte. Phyr-
re. Neapolis hinc ad syrtim adiacent: ut in-
ter ignobilia celeberrime Syrti sinus est cen-
tum fere millia passuū: qua mare accipit pa-
tens: trecenta: qua cingit: Celerū ipoortuosus
atq; atrox: et ob vadorum frequentium breuia
magisq; etiā ob alternos motus pelagi afflu-
entis et refluētis infestus. Super hūc ingēs
palus annē Tritona recipit. ipsa Tritonis:
Unde et Minerve cognomen inditū est: ut
incole arbitrātur ibi genite: faciuntq; ei fa-

Que proprie Africa.
Hipporegius.
Rusicade.
Labraca.

Hipponēsis sinus.
Lelia castra.
Cornelia castra.
Bragada fluius.
Cētica.
Carthago.

Hadrumētum.
Leptis. Lupea.
Habromacte.
Phyre. Neapolis.
Syrtis.

Triton fluius.
Tritonis palus.
Cibi genita Mi-
nerua.

Oca.
Linyps fluuius.
Altera Syrtis.

**Borion promonto-
rium.**

Lotophagi.

**Phicon promonto-
rium.**

**Are phielnorum
vnde.**

Cyrenaica puincia.

Ammonis oraculū.

Fons solis.

Rupes austro sacra

bule aliquā fidē / q̄ quem natalē eius putāt:
ludicis virginum inter se decertantium ce-
lebrent. Ultra est Oca oppidum et Linyps
fluuius per vberima arua decidens. Tum
leptis altera et syrtis nomine atq; ingenio
par priori. Ceterū altero fere spatio qua de-
hiscit: quaq; flexum agit / amplior. Eius pro-
mōtorium est Borion: ab eoq; incipiēs ora
quam Lotophagi tenuisse dicuntur vsq; ad
phicon: et id promontorium est importuo-
so littoze pertinax. Are ipse nomen ex phile-
nis fratribus traxere: qui contra cyrenai-
cos missi Carthagine ad dirimendum condi-
tione bellum diu iam d̄ finibus ⁊ cum mag-
nis amboꝝ cladibus gestum: postq̄ in eo qd̄
cōuenerat nō manebat: vt vbi legati cōcur-
rerāt certo tēpoze vtriq; dimissi ibi termini
statuerēt: pacti de integro vt quicquid citra
esset: popularibus cederet: mirū ⁊ memoria
dignissimū facinus hic se viuos obrui pertul-
rūt. Vnde ad catabatmō cyrenaica puincia
ē in eaq; sunt Ammonis oraculū fidei iclite:
⁊ fons: quē solis appellāt: ⁊ rupes quedam
austro sacra. Hec cū hominū manu attingit
ille immodicus exurgit: harenasq; q̄si maria
agēs sic seuit: vt equoz fluctibus. fōs media
nocte feruet: mox et paulatim tepescens fit

luce frigidus: tunc ut sol surgit ita frigidior.
subinoe per meridiem maxime riget. sumit
deinde tepores iterum et prima nocte cali-
dus: atq; ut illa pcedit: ita calidior. rursus
cum est media perferuet. In littoze promon-
toria sunt zephyrion. et naustatmos: por-
tus paretonius: Cirbes: Hesperia. Apollo-
nia. Ptolemais. Arsinoe. atq; vnde terris
nomen est: ipsa Lyrene. Catabatmos vallis
deuera in egyptum finit africanam. Ore sic ha-
bitatur ad nostrum maxime ritum moratis
cultoribus: nisi q; quidam linguis differunt
et cultu deorum: quos patrios seruant ac pa-
trio more venerantur. Proximis nulle qui-
dem vrbes stant. tamen domicilia sunt: que
Dapalia appellatur. victus asper et mundi-
cis carens primores sagis velant. vulgus be-
stiarum pecudumq; pellibus. humi quies epuleq;
capiuntur. Clasa ligno fiunt aut cortice. potus
est lac succusq; baccarum. cibus est caro plurimum
ferina. Nam gregibus quia id solum optimum
est: quo ad potest: parcitur. Anteriores etiaz
i cultus. sequuntur vagi pecora: utq; a pabu-
lo ducta sunt: ita se actuguria sua pmouent
atq; vbi dies deficit: ibi noctem agunt. quanquam
in familias passim et sine lege dispersi: nihil
in commune consultant: tamen quia singu-

Mira fontis na-
tura.

zephyrion promon-
torium.

Paretonius portus.
Hesperia. Appol-
lonia. Ptolemais.
Arsinoe. Lyrene.
Catabatmos.

Dapalia.

Asperi populorum
mores.

Atlantes.

Trogloodyte.

Garamantes.

Mugile.

Gamphasantes.

lis aliquot simul coniuges / et plures ob id
liberi agnatiq; sunt nusq; pauci. Ex his qui
ultra deserta esse memorantur: atlantes so-
lem execrantur: et dum oritur et dum occi-
dit ut ipsis agrisq; pestiferum. Domina sin-
guli non habent. non vescuntur animalibus.
neq; illis in quiete qualia ceteris mortalibus
visere datur. Troglodyte nullarum opum
domini strident magis q̄ loquuntur. specus
subeunt alunturq; serpentibus. Apud gara-
mantes etiam armata sunt ea: que obliqua
cervice pascuntur. Nam pronis directa in
humum cornua officiant. Nulli certa vxor
est. Ex his qui tam confuso parentum coitu
passim incertiq; nascuntur: quos pro suis
colant: forme similitudine agnoscunt. Mugi-
le manes tantum deos putant. per eos deie-
rant eos ut oracula cōsulunt: precati q; que
volunt: ubi tumultus incubere: pro respon-
sis ferunt somnia. Foeminis eorum solenne
est nocte: qua nubunt: omnium stupro pate-
re: qui cum munere aduenerint: et tum cum
plurimis cōcubuisse maximum decus: in re-
liquum pudicitia insignis est. Audi sunt Gā-
phasantes: armorumq; omnium ignari: nec
vitare sciunt tela nec jacere: ideoq; obuios
fugiunt. neq; aliorum q̄ quibus idem inge-

nij ē: aut cōgressus aut colloquia patiūtur.
Blemmyis capita absunt. vultus ī pectore
est. Satyris preter effigiem nichil humani.
Aegypanum que celebratur ea forma est.
Hec de africa.

a Siae prima pars Aegyptus inter cata
batmon ⁊ arabas ab hoc littoze peni
tus immissa donec etiopiam dorso cōtingat
ad meridiem refugit terra expers imbrium
mirē tamen fertilis ⁊ hominum aliorumqz
animalium perfecūda generatrix. Nilus ef
ficat annuum in nostrum mare permeantius
maximus. Hic ex desertis africe missus nec
statim nauigari facilis: nec statim nilus est:
⁊ cum diu simplex seuusque descendit: circa
Deroen late patentem insulam in ethiopi
am diffunditur: alteraqz ex parte astabores
altera astape dictus ē. vbi rursus coit: ibi no
men hoc capit. Inde partim asper partim
nauigia patiens in immanez lacum deuenit:
ex quo precipiti impetu egressus ⁊ talēso al
teram insulam amplexus vsqz ad elephanti
lem urbem egyptiam atrox adhuc feruensqz
decurrit: Tum demum placidior: ⁊ iam pe
ne nauigabilis: primum iuxta certasorum op
pidum triplex esse incipit. Beinde iterumqz
diuisus ad Beltam ⁊ ad Melin it per omnē

Blemmye.
Satyri.
Aegypanes.

Asie descriptio
particularis.
Aegyptus.

Nilus.

Deroe.

Talensos.

Certasorum op
pidum.
Belta. Melis.

Hippopotami.
Crocodili.

Cur Nilus crescat.

egyptum vagus atqz dispersus septemqz in
ora se scindens singulis tamen grandis euol
uitur. Non pererrat autem tatum eam: sed
estiuo sydere exundans etiam irrigat: adeo
efficacibus aquis ad generandum alendumqz
vt preter id qd scatet piscibus. qz hyppopo/
tamos crocodilosqz vastas belluas gignit:
glebis etiam infundat animas: ex ipsaqz hu/
mo vitalia effingat. hoc eo manifestum est qz
vbi sedauit diluuia: ac se sibi reddidit: perhu/
mentes campos quedam nondum perfecta
animalia: sed tum primum accipientia spi/
ritum: et ex parte iam formata: ex parte ad/
huc terrea visuntur. Crescit porro: siue qz so/
lute magnis estib' niues ex imanibus ethio/
pie iugis largius qz ripis accipi queant: de/
fluunt: siue qz sol hyeme terris propior: et ob
id fontem eius minuens tunc altius abit: si/
nitqz integrum: et vt est plenissimus: surge/
re: siue qz per ea tempora flantes ethesie aut
actas a septentrione in meridiem nubes su/
per principia eius imbres precipitant: aut ve/
nienti obuie aduerso spiritu cursum descen
dentis impediunt: aut harenis: quas cu fluc
tibus littozi applicant: hostia obducunt: fitqz
maior: vl qz nihil ex semet amittit: vl qz plus
qz solet accipit: vl qz minus qz debet emittit.

Quod si est alter orbis: suntque oppositi nobis a meridie Antichthonos: ne illud quidem a vero nimium abscesserit: in illis terris ortum annem: ubi subter maria ceco alueo penetraverit: in nostris rursus emergere: et hac re solstitio accrescere: quod tum hyems sit: unde oritur. Alia quoque in his terris mira sunt. In quodam lacu chemnis insula lucos silvasque et Apollinis grande sustinens templum natat et quocumque venti agunt pellitur. Pyramides tricenu pedum lapidibus extructe: quarum maxima tres naque sunt / quattuor fere soli ingera: que sede occupat: totidem in altitudine erigitur. Moeris aliquando capus nunc lacus viginti millia passuum in circuitu patens: altior quam ad navigandum magnis onustisque navibus satis est. Psaminetie opus labyrinthus domos mille et regias duodecim perpetuo parietis ambitu amplexus marmore extructus ac tectus unum in se descensum habet: intus pene innumerabilis vias multis ambagibus huc et illuc remeantibus: sed continuo anfractu et sepe reuocatis porticibus ancipites: quibus subinde alium super alios orbem agentibus: et subinde tantum redeunte flexu quantum processerat: magno et inexplicabili tamen errore perplexus est. Cultores regionum

Antichthonos.

Que in egypto mira.

Chemnis.

Dirum.

Pyramides.

Moeris lacus.

Labyrinthus.

b

Aegyptioꝝ mores.

multo aliter a ceteris agunt. mortuos fimo obiliti plangunt. nec cremare aut fodere fas putant: veruz arte medicatos intra penetralia collocant. Quis litteris peruerse vtuntur. Lutum inter manus. farinam calcibus subigunt. Forum ac negocia foemine. viri pensa ac domos curant. onera ille humeris. hi capitibus accipiunt. parentes cum egent illis necesse est: his liberum est alere. cibos palaz et extra sua tecta capiunt. obscena intimis edium reddunt. colunt effigies multorum animalium atqz ipsa magis animalia sed alij alia: adeo vt quedam eorum etiam per impudentiam interemisse capitale sit: et vbi morbo aut forte extincta sint sepellire ac lugere sollenne sit. Apsis populorum omniũ numẽ est Bos niger certis maculis isignis: et cauda linguaqz dissimilis aliorum raro nascitur nec coitu pecoris: vt aiunt: sed diuinitus et celesti igne cõceptus: diesqz quo gignitur gẽti maxime festus est. Ipsi vetustissimi: vt predicant: hominum trecetos et triginta reges ante Amasim: 7 supra tredecim millium annorum etates certis annalibus referunt: mã datumqz litteris seruant: dum egyptij sunt quater cursus suos vertisse sydera: ac solem bis iam occidisse: vnde nunc oritur. viginti

**Apsis egyptioꝝ
numen**

**Aegyptij hominuz
vetustissimi.**

Amasis.

millia urbium Amasi regnate habitauerunt: et
 nunc multas habitant. Earum clarissime p
 cul a mari. Sais. Memphis. Syene. Bu
 bastis. Elephatin. et thebe utiqz: ut homero
 dictum est: centus portas: siue ut alij aiunt :
 centum aulas habent: totides olim principu
 domos: solitasqz singulas ubi negocium exe
 gerat: dena armatorum millia effundere. In
 littoze Alexandria africe contermina. Melu
 siuz arabie ipsas oras secat. Canopicu. Gol
 biticum. Seueniticu. Mathameticum. De
 desium. Cataptiscum. Melusiacu nili hostia.
 a Rabia hinc ad rubru mare pertinet :
 sed illic magis leta et ditior: thure atqz
 odoribus abundat. hic nisi qua Casio monte
 attollitur: plana et sterilis portum admittit
 Alcotum suarum mercium emporium. Qua
 in altum abit: adeo edita ut ex summo verti
 ce a quarta vigilia ortum solis ostendat.
 f Syria late littoza tenet terrasqz etiã la
 tius introsus alijs alijsqz nuncupata
 nominibz. Naz et coele dicitur: et mesopota
 mia: et damascene: et adiabene: et babilonia
 et iudea: et colophone. Hinc Palestina est :
 qua tangit arabas cum phoenice: et ubi se ci
 licie comittit: Antiochia. oliz ac diu potens:
 sed cum eam regno Semiramis tenuit lōge
 b. ij.

Aegypti vrbes.
 Homerus.

Alexandria.

Nili hostia.
 Arabia.

Casius mons.

Alcotus portus.

Syria.

Claria Syrie noia.

Palestina.

Antiochia.

Semiramis.

Babylon.

Baga vrbs.

Lambyfes

Alcalon. Zoep

Lepheus.

Phineus.

Perseus.

Andromeda.

Phoenice.

Phoenicum inuen-
ta egregia.

Tyros.

Alexander.

Sidon.

potētissima opib⁹ certe ejus insignia multa sunt. duo maxim⁹ excellūt. cōstituta vrbs mi re magnitudinis Babylō: ac siccis oli regio nibus Euphrates et Tygris immissi. Ceterū in Palestina est ingens et munita admodum Baga: sic Perse erarium vocant: et inde no men est: q̄ cum Lambyfes armis egyptum peteret: huc belli et opes et pecuniam intule rat. Est non minor Alcalon. Est Zoep ante diluuium: vt ferūt: condita: vbi Lephea reg/ nasse eo signo accolle affirmant: q̄ titulum e ius fratrisq; phinei: veteres quedam are cū religione plurima retinent. quin etiam rei celebrate carminibus ac fabulis seruateg; a Perseo Andromed⁹ clarum vestigium bellue marine ossa immania ostentant.

p Phoenicen illustrauere Phoenices sol/ lers hominum genus: et ad belli pacif q; munia eximium: litteras et litterarum o/ peras: aliasq; etiam artes. maria nauibus a dire. classe cōfligere. imperitare gentib⁹ reg/ num preliumq; commenti. In ea est Tyros aliquando insula nunc annexa terris defecit q̄ ab impugnante quondam Alexandro iac/ ta opera vici tenent vltiora. Et adhuc opu lenta Sidon anteq̄ a Persis caperetur ma/ ritimarum vrbium maxima. Ab ea ad pro/

montoriuz euprosopon duo sunt oppida bu
bos et bactros. ultra tria fuerunt singulis in
ter se stadijs distancia. locus ex numero tri/
polis dicitur. Tum smyrna castellū et vrbs
nō obscura marathos. Unde iā nō obliqua
pelago: sed aduersa adiacens a terra grandē
sinum inflexo tractu littoris accipit. populi
dites circumfident. situs efficit: quia regio fer
tilis crebris et nauigabilis alueis fluminum
peruia diuersas opes maris atqz terrarum
facili cōmercio permutat ac miscet. In eo
prima est reliqua pars syrie: cui antiochie
cognomen additur: et in ora eius vrbes Se/
leucia. hyppatos. berytos. laodicea. azosus.
annesqz inter eas eunt lichos et hyppatos
et orrōtes. Tum mons amanus: et ab eo sta
tim mariandros et cilices. At in recessu inti
mo locus est magni aliquando discriminis
fusorum ab alexandro persarum fugientisqz
Barij spectator ac testis. Hunc ne minima
quidem tunc ingenti vrbe celebris issos fuit:
et hac re sinus issicus dicitur. procul inde A
mynodes promontorium inter pyramum
cydnumqz fluuios iacet. Pyramus isso pri
or malosēn pterfluit. Cydnuſ ultra p tarsuz
exit. Beinde vrbs ē olim a rhodijs argiuisqz
post piratis. Pōpeio assignate possessa. nūc

b. iij.

Euprosopon pro/
montorium.

Bubos. Bactros.

Tripolis vnde.

Smyrna.

Marathos.

Antiochia.

Antiochie vrbes.

Lichos Hyppatos

Orrōtes. Amanus

Cilices.

Alexander.

Barius.

Issos.

Issicus sinus.

Amynodes pro/
montorium.

Pyramus.

Cydnuſ.

Pompeiopolis.
Arati monumen-
tum.
Lorycos.

Lorycius specus.

pompeiopolis .tunc Soloe. Juxta in par-
uo tumulo Arati poete monumentū ideo re-
ferendum: quia ignotum quam ob causam
iacta in id saxa dissiliunt. Non lōge hinc co-
rycos oppidum portu saloqz incingitur an-
gusto tergoze cōtinenti adnexum. Supra spe-
cus est nomine Lorycius singulari ingenio
ac supra q̄ vt describi facile possit: eximius.
Brandi nanqz hiatu patens montem littozi
appositum: et decem stadioꝝ cliuo satis ar-
duum ex summo statim vertice aperit. Tūc
alte demissus et quantū demittitur amplioꝝ
viret lucis pubentibus vndiqz et totum se
nemoroso laterum orbe complectitur adeo
mirificus ac pulcher: vt mentes accedentiū
primo aspectu cōsternat: vbi cōtemplati du-
rauere non faciat. Cū in eum descensus ē
angustus asper quingētorum et mille passu-
um p̄ amoenas vmbas et opaca silue quid-
dam agreste resonantis riuus hinc atqz illinc
fluitātibus. Cū ad ima puentū est: rursus
specus alter aperitur ob alia dicendus. Ter-
ret ingredientiē sonitu cymbalorum diuini-
tus et magno fragore crepitantium. Bein-
de aliquandiu perspicuus: mox et quo ma-
gis subitur: obscurioꝝ ducit ausos penit' al-
teqz q̄si cuniculo admittit. Vbi igēs annis

Specus alter.
Dira specus na-
tura.

ingenti fronte se extollens tantummodo se
 ostendit: et ubi magnum impetū breui alueo
 traxit: iterum demersus absconditur. Intra
 spatium est magis quā ut progredi quisquē ausit
 horribile et ideo incognitū. Lotus autē an-
 gustus et vere sacer: habitariq; a dijs et dig-
 nus et creditus. nihil non venerabile et qua-
 si cum aliquo numine se ostētat. Alius ultra
 est: quem thyphoneum vocāt ore angusto et
 multum: ut experti tradideret pressus et ob
 id assidua nocte suffusus neq; unquē pspici fa-
 cilis. sed quia aliquando cubile typhonis fu-
 it: et quia nunc demissa in se cōfestim exani-
 mat natura fabulaq; memorandus. Duo ō
 inde promōtoria sunt Sarpedō finis aliquā-
 do regni sarpedonis: et quod ciliciam a pam-
 philia distinguit: anemurium: interq; ea ce-
 tandaris et natidos samiorum colonie sed ce-
 tandaris sarpedoni propior. In pāphilia est
 Melas nauigabilis fluius oppidū Sida et
 alter fluius Eurymedon. Magna apud eū
 Lymonis atheniensiu ducis aduersus pheni-
 cas et Persas naualis pugna atq; victoria
 fuit. mare: quo pugnātū ē: ex edito admodū
 colle pspicitur aspidos: quā argini cōdiderāt
 possedere finitimi. Beinde alij duo validissi-
 mi fluij oestros et carathes. oestros nauiga-

Typhoneus specus

Cubile Typhonis.

Sarpedon et Ane-
muriū promon-
toria.

Cetandaris.

Natidos.

Pamphilia.

Melas fluius.

Sida. Eurymedon.

Lymon atheniensiu
um dux.

Asperidos.

Oestros et Cara-
thes fluij.

.b.iiij.

Pergea.
Biana Pergea.
Sardemisos mōs.
Phaselis.
Lycia unde.
Chymera.
Taurus mons.

**Lauri montis va/
ria nomina.**

Lymira.

Datara delubro.
Appollinis clara.
Xanthus flumen.
Cragus.
Telmisos.
Laria.

ri facilis. hic quia se precipitat ita dictus. In
ter eos Pergea est oppidū: et dianez quas ab
oppido pergeam uocant templum. Trans e
osdem mons sardemisos e phaselis a mopso
condita finis pamphilie. Lycia cōtinuo cog
nominata a lyco rege pādionis filio atqz: ut
ferunt: infestata olim chymere ignibus Syō
portu et tauri promontorio grandem sinuz
claudit. Taurus ipse ab eoīs littoribus exuz
gens vaste satis attollitur: Beinde dextro la
tere ad septentrionem. sinistro ad meridiem
versus it in occidentez rectus et perpetuo iu
go: magnarumqz gentium qua dorsum agit
terminus. ubi terras dirimit: exit ī pelagus
Idem autē ⁊ totus ut dictus est: dicitur etiā
qua spectat orientez. Beinde hemodes ⁊ cau
casus et ppanisus. Luz caspie pile. niphates
et armenie pile: et ubi iam nostra maria con
tingit: taurus iterum. Post eius promonto
rium flumen est lymira: et eodē nomine ciui
tas: atqz ut multa oppida sic preter Datara
non illustria. Illam nobilem facit delubruz
Appollinis quōdā opibus ⁊ oraculi fide del
phico simit. Ultra est xanthus flumen et xā
thos oppidū. mōs cragus. et que lyciā finit:
vrbs telmisos. Laria sequit. habitatur incer
te originis. alij indigenas. sunt qui pelasgos

quidam cretas existimāt. genus vsqz eo quō
dam armorum pugneqz amans: vt aliena
etiam bella mercede agerent. hic castella ali
quot sunt. Beinde pmōtoria duo pedalion
et citriazet secūdū galbiam annem gannus
oppidum valitudine habitantium infame.
inde ad alicarnasson hec adiacent rhodiorū
aliquot colonie. portus duo gelos: et cui ex
vrbez quam amplectitur thysamissa cogno
men est. Inter eos oppidum larumna et pā
dion collis in mare emissus. tum tres ex or
dine sinus Thymnias. Schenus. Bubesius.
Thymnie promontorium Aphrodisium est.
Schenus ambit hylam. Bubesius cynotū.
Lydnus in cornu pene insule. Interqz eam
et tetraticū sinū i recessu posita eutiana. Ali
carnassos argiuorū colonia est et cur memo
randa sit p̄ter conditores: mausoleuz efficit
regis mausoli monumētū vnū de miraculis
septē artemisie opus. Trās alicarnasson illa
sunt littus leuca. vrbes myridos aruanda.
neapolis. sinus iasus et basilicus. In iaso ē
barculos. Post basilicū ionia aliquot se am
bagibus sinuat ⁊ primū a possideo promon
torio inflexū inchoans cingit oraculū apolli
nis dictū olim bramatie nunc dydimi. Di
letū urbē quōdam ionie totius belli pacisqz

Pedalion promō
torium.

Gannus.

Belos.

Thysamissa.

Larumna.

Pandion collis.

Tres sinus.

Tetraticus sinus.

Eutiana.

Alicarnassus.

Mausoleum.

Urbium quarun
dam nomina.

Sinus. Iasus et
Basilicus.

Ionia. *provincia
eolide byd*

Diletus.

amnis et vrbs leuca. extra phocis ionie vlti
 ma. Proxima regio ex quo ab eolis incoli
 cepit eolis facta: ante mysia: et qua hellespō
 tum attingit troianis possidentibus troas fu
 it. Primam urbem a myrino conditore my
 rinam vocant. Sequētem pelops statuit vic
 to oenomaο reuersus ex grecia: cimon nomi
 nauit pulsus: qui habitabant. dux amaçonū
 gime. supra caycus inter eleas decurrit et py
 tanem illam: que archesilan tulit nihil affir
 mantis achademie clarissimum antistitem.
 Tum in p̄mōtorio est cyrma oppidū: quod
 preteruectos sinus excipit non paruus: sed
 longe ac molliter flexus retrahensq; paula
 tim oras vsq; ad ima montis ide. Isthmos
 paruis urbibus aspersus est: quarum claris
 sima est cistena. gremio iteriore campus the
 be nomine adrymetion austram. cressam op
 pida eodem: quo dicta sunt ordine: adiacen
 tia continet. In altero latere Antandzū du
 plex causa nominis iactatur. alij Ascanium
 Aeneae filiū: cū ibi regnaret: captū a pelasgis
 ea se redemisse cōmemorāt. Alij ab ijs putāt
 cōditam: quos ex andro insula vis et seditio
 exegerat. Hi antandzū quasi p̄ andro. illi q̄si
 p̄ viro accipi volunt. Sequens tractus t̄git
 gargara ⁊ assona etolorū colonias. Tū sin⁹

Æolis.

Mytia.

Troas.

Myrina.

Pelops.

Caycus.

Elea. Pytane.

Archesilas.

Cyrma.

Cistena.

Adrymetion.

Austra. Cressa.

Antandrus vno.

Ascanium.

Gargara. Asson.

Ilium.
Sigeum.

Scamander.

Ida.

Simois.

Paris.

Rheteum.
Bardania.
Aliax.

Bithyni.
Mariandynei.

alter acheon limen non longe ab ilio littoza
icuruat vrbe bello excidioqz clarissima. Hic
Sigeum fuit oppidum. hic achiuorum fuit
bellatiū statio. Huc ab ideo mōte demissus
scamāder exit et Simois fama q̄ natura ma
ioza flumina. Ipse mōs vetere diuarum cer
tamine et iudicio paridis memoratus orien
tem solem aliter: q̄ in alijs terris solet aspi
ci/ostentat. nanqz ex summo vertice eius spe
culantibus pene a media nocte sparsi ignes
passim micare: et vt lux appropinquat: ita
coire ac se cōiungere videntur: donec magis
magisqz collecti pauliores subide et vna ad
postremum flamma ardeant. ea cum diu cla
ra et incendio similis effulsit: cogit se ac ro
tundat et fit ingens globus. diu is quoqz
grandis et terris annexus apparet: deinde
paulatim decrescens: et quanto decrescit: eo
clarior fugat nouissime noctem: et cum die
jam sol factus attollitur. Extra sinum sunt
rhetea littoza a rheteo et dardonia claris vr
bibus: Aliacis tamen sepulchro maxime illu
stria. Ab his fit arctius mare: nec iaz abluīt
terras: s; rursus diuidēs angusto hellespōti:
freto littus obuiū findit: facitqz vt itez terre
qua fluit: latera sint. Anterior bithyni sunt
et mariādynei. In ora graie vrbes abydos et

lampfacum et parion et priapos. Abydos
magni quondam amoris cōmercio insignis
est. Lampfacum phoceis appellantibus no-
men ex eo traxit: q̄ consulentibus: in quas
nam terras potissimum tenderent: respōsus
erat: ubi primum fulsisset: ibi sedē capeſſere.
Tum rursus fit apertius mare ppontis. In
id Branicus effunditur pugna: que primus
inter persas et Alexandrum fuit: nobilis.
Trans amnē sedet in ceruice pene insule cy-
cicum. nomē cycicus indidit: quē a minyis
iprudentibus: cum colchos peterent: fusum
acie cesumq; accepimus. Post plagea ⁊ cy-
lace parue pelasgorum colonie: quibus a ter-
go iminet mons olympus: vt incole vocāt:
Mysius. flumen rhyndaces in que sequun-
tur emittit. Circa angues nascuntur imma-
nes neq; ob magnitudinem modo: sed ob id
etiam mirabiles: q̄ ubi in alueum eius estus
solemq; fugerunt: emergunt atq; hiant: su-
peruolātesq; aues: q̄uis alte et perneciter fe-
rantur: absorbent. Trans rhyndacem est da-
filos: et quam colophonij collocauerē mys-
rela. Duo sunt inde modici sinus. alter sine
nomine chion amplectitur Phrygie hanc
longe iacētis opportunissimum emporium.
alter olbianos. in promōtorio fert Neptuni

Abydos.

Lampfacum vnde.

Branicus.

Cycicum.

Plagea. Cylace.

Olympus.

Rhyndaces.

Dirum de serpen-
tibus.

Basilos

Mysrela.

Chios.

Astacos.

Thracius bosphorus.

Calcedon.

Euxinus pontus.

Heraclea.

Acherusia specus.

Cerberus.

Thios.

fanum. in gremio astacon a megarensib' cōditam. Deinde priores terre iterum jacent & exituriq; in pontum pelagi canalis angusti/ or. Europam ab asia stadijs quib; distermi/ nat thracius: vt dictum est: bosphorus. Ip/ sis in faucibus oppidum. in ore templuz est. oppidi nomē chalcedon. auctor Archias me/ garensium princeps. templi numen Jupiter conditore Jaso. Hic iam sese ingens pontus aperit: nisi qua promontoria sunt & huc atq; illuc longo rectoq; limite extētus. sinuatus cetera. Sed quia contra minus q̄ ad leuam et dextram abscessit: mollibusq; fastigijs do/ nec angustos vtrinq; angulos faciat: inflec/ titur. ad formam scythici arcus maxime in/ curuus. breuis. atrox. nebulosus. raris stati/ onibus. non molli neq; arenoso circūdatus littoze. vicinus aquilonibus. & quia nō pro/ fund' est: fluctuosus atq; feruēs. olim ex co/ lentiū seuo admodum ingenio axenus: post cōmercio aliarū gētium mollitis aliquantū morib' dictus euxin'. In eo p̄mū marian/ dynei urbem habitant ab argiuo/ vt ferunt/ Hercule datā. heraclea vocitatur. id fame fi/ dem adiecit. Juxta specus est acherusia ad manes/ vt aiūt/ puius: atq; ide extractū Cer/ berū existimāt. Tum thios oppidū milesioꝝ

quidē colonia: sed iam soli gentisq; paphla-
gonum: quorum in littozibus pene medijs
promontorium est Carambis. citra Parthe-
nius amnis. vrbes Sesamus et cromnos:
et a cithisoro phryxi filio posita cythoros.
Cum cynobus et colliris: et que paphlago-
niam finit armene. Chalybes pximi clarissi-
mas habent amyson: et synopen cynici Bio-
genis patriā. amnes alyn et thermodonta.
secundum alyn vrbs est lycasto. a thermodō-
te campus. in eo fuit themiscyrum oppidū.
fuere et amaçonum castra ideo amaçonū vo-
cant. Labezeni chalybas attingūt: quibus in-
risu lusuq; summū bonum est. Ultra caram-
bin mossini turres ligneas subeūt. notis cor-
pus omne persignāt. pro patulo vescuntur.
promiscue cōcumbunt. et palā reges suffra-
gio deligūt vinculisq; et arctissima custodia
tenent. atq; vbi culpam praue impando me-
ruere: inedia diei totius afficiūt: ceterū aspe-
ri. inculti. pernoxij appulsis. Beinde minus
feri verum et hi inconditis moribus macro-
cephali. discheri. buxedi. rare vrbes cerasūp-
ta et trapeços maxime illustres. Unde is lo-
cus est: vbi finem ductus a bosphoro trac-
tus accipit: atq; inde se in sinu aduersi litto-
ris flexus attollens angustissimū ponti facit

Paphlagones.
Carambis promon-
torium.

Parthenius.

Cythoros.

Armene.

Chalybes.

Amysos. Synope.

Biogenes Cynicus

Lycasto. *alyz flu.*

Themiscyrum.

Amaçonum castra.

Labezeni. *Thermode*

Mossini.

Macrocephali.

Trapeços.

Colchi.
Phasis.

Lucus aurei vel/
leris.

Rhiphei montes.

Rhipheorum va/
ria nomina.

Lignum.

Claria populorum
nomina.

Bioscorias.

Castor. Mollux.

Syndos.

Coracanda.

angulum. Hic sunt colchi. hinc phasis erū/
pit. hic eodem nomine: quo amnis est: athe/
nistagoza milesio deductū oppidū. hic phry/
xi templum et lucus fabula vetere pellis au/
ree nobilis. hinc orti montes longo se iugo
et donec rhipheis coniungātur exporrigūt:
qui altera parte in euxinum et meotida et ta/
naim. altera in caspium pelagus obuersi ce/
rauni dicūtur iisdem aliubi. taurici. moschi.
amaçonici. caspij. corasici. caucasi: vt alijs
alijsue appositis gētibus ita alijs alijsq; dic/
ti nominibus. At in primo flexu iam curui
littoris oppidum est: quod greci mercatores
cōstituisse: et quia cū ceca tēpestate agerētur:
ignaris: que terra esset: cygni vox notam de/
derat: cygnum appellasse dicuntur. Reliqua
eius fere inculteque gentes vasto mari assiden/
tes tenent. menāclea. terrestrea. sexsolite. co/
raxi. cleptitophagi. heniochi. achei. cercetici.
etiam in cōfinio meotidis syndones. In he/
niochoruz finibus bioscorias a castore et pol/
luce pontum cum Jasone ingressis: Syn/
dos in syndonum ab ipsis terrarum cultori/
bus condita est: obliqua tunc regio et in la/
tum modice patens inter pontum paludēq;
ad bosphorum excurret: quas duobus alueis
in lacū et in mare profluens coracandā pene

insulam reddit. Quatuor vrbes ibi sunt hez
monos saccephoe. spana. corea. et in ipso o
re cimmeriuz. hac ingressos lacus accipit lō
ge lateqz diffusus. qua terras tāgit incuruo
circundatus littoze. qua mari propior est: ni
si vbi apperitur: quasi margine obductus ci
tra magnitudinem prope pōto similis. Quā
que a bosphoro ad Tanain vsqz deflectitur
meotici incolunt toreate. arrichi. phicozes. ⁊
ostio fluminis proximi xamathe: apud eos e
asdem artes femine: quas viri exercent adeo
vt ne militia quidem vacent. Cliri pedibus i
berent sagittisqz depugnat. ille equestre pre
lium ineunt. nec ferro dimicant: sed quos la
queis intercepte: trahendo conficiunt. nu
bunt tamen. verum vt nubiles habeantur: nō
in etate modus est. nisi que hostem intereme
re: virgines manēt. Ipse Tanais ex ripheo
monte deiectus adeo preceps ruit: vt cum vi
cina flumina tum meotis et bosphorus. tuz
ponti aliqua brumali rigore durentur: solus
estus hiememqz iuxta ferens idem semper ⁊
sublimis icitatusqz decurrat. ripas eius sau
romate et ripis herencia possidēt. vna gēs.
aliquot populi et aliquot nomina. primi me
otici. gmecrocatum. enoe. Regna amago
nū fecūdos pabulo. at alia steriles nudosqz

Cimmerium.

Meotici.

Xamathe.

Tanais.

Sauromate.

Amazones.

.C.

Budini.
Thissagete.
Turce.

campos tenent budini. Beloni urbē lignēā
habitant. Juxta thissagete turceq; vastas sil-
uas occupāt: alūturq; venando Tum conti-
nuis rupibus late aspera et deserta regio ad
azempheos vsq; permittitur. His iustissimi
mores. pro domib' nemoza. alimēta bacce.
et marib' ⁊ foeminis nuda sunt capita. Sa-
cri itaq; habētur: adeoq; ipos nemo de tam
feris gentibus violat: vt alijs quoq; ad eos
cōfugisse p asylo sit. Ultra surgit mōs rhi-
pheus vltraq; eū iacet ora: que spectat ocea-
num.

Pōponii melle de situ orbis Liber secundus.

Particularis Eu-
rope descriptio.

a Sie in nostrū mare
Tanainq; vergētis: quē dixi
finis ac situs est: ac per eūdeꝝ
annem in meotida remean-
tibus ad dextram europe modo sinistro late-
re in nauigantium apposita ac rhipheis mō-
tibus proxima. et huc enim pertinent. caden-
tes assidue niues adeo inuia efficiūt: vt vltra
ne visum quidē intēdentiū admittāt. Beinde
est regio ditis admodum soli inhabitabilis ta-
men: quia gryphi seuum et pertinax feraruz
genus aurū terza penitus egestū mire amāt.

Gryphi.

mireq; custodiunt: et sunt infestis attingenti-
bus. Dominum primi sunt Scythae: scytharūq;
quis singuli oculi esse dicuntur arimaspe.
Ab eis cendones vsq; ad meotida. huius
flexum butes amnis secant. Agathyrsi et sau-
romate ambiunt: quia pro sedibus plaustra
habent dicti maxobite. obliqua tunc ad bospho-
rum plaga excurrens pōto ac meotide inclu-
ditur. In paludem vergētia sarcage tenēt.
In bosphorum cimmerica oppida myrme-
tion. panticapeum theodosia. hermisū. In
Euxinū mare taurici: sup eos sinus portuo-
sus et ideo calos limē appellatus promonto-
rijs duob' includitur: alterū criu metopon
vocāt: carambico: quod in asia diximus: pa-
tet aduersum. parthenion alterū oppidū ad
iacet Lerone a diana: si credatur: conditū. ⁊
nymphēo specu: q; in arce eius Nymphis sa-
cratus est: maxime illustre. Subit tum ripā
mare et donec quinq; milia passuum absit a
meotide refugientia vsq; subsequens litto-
ra: que satharche et taurici tenent: peninsu-
lam reddit. quod inter paludem et sinum
est Chatare nominatur. Sinus carcynites.
in eo vrbs est carcynes: quam duo flumina
Herros ⁊ Hypacares vno ostio effluētia at-
tingunt verum diuersis fontibus et aliunde

Arimaspe.

Agathyrsi.
Sauromate.

Sarcage.
Cimmerica op-
pida.

Parthenion.

Nymphē' specus.

Chatare.
Carcyne.
Herros.
Hypacares.

Panticapes.

Achilles.

Dromos achilleos.

Boristhenes.

Pisces sine ossib⁹.

Hypanis.

Examphus.

delapsi: Nam gerros inter basitidas et nomadas euoluitur: Silue deinde sunt: quas maximas he terre ferunt: et panticapes: qui nomadas georgosq; determinat. Terra tū longe distenta excedens tenui radice littori adnectitur. Post spatiosa modice paulatim se ipsa fastigiat: et quasi in mucronem longa colligens latera facie positi ensis allecta est. Achilles infesta classe mare pōticū ingressus ibi ludrico certamine celebrasse victoriam: et cum ab armis quies erat. se ac suos cursu exercitauisse memoratur: ideo dicta est dromos achilleos. Tum borysthenes gentem sui nominis abluit inter scythie amnes amoenissimus. turbidis alijs liquioissimus defluit. placidior q̄ ceteri potariq; pulcherimus. alit letissima pabula magnosq; pisces: quibus et optimus sapor: et nulla ossa sunt. longe venit: ignotisq; ortus e fontibus quadraginta dierum iter alueo stringit: tantoq; spatio nauigabilis secundum Boristenida et Olbida greca oppida egreditur. Calipidas hypanis includit. ex grandi palude oritur: quam matrem eius accole appellant: et diu qualis natus est: defluit. tantum nō longe a mari ex paruo fonte: cui examphus cognomen ē. adeo amaras aquas accipit: vt ipse quoq;

iā sui diſſimilis et nō dulcis hinc defluat.
Aſiaces proximus intra calipidas aſiacasq;
deſcendit. Hos ab iſtriciſ Lyra ſeparat. ſur
git in Neuris: qua exit: ſui nominis oppidū
attingit. At ille: qui ſcythie populos a ſequē
tibus dirimit apertis in germania fontibus
alio: q̄ deſinit: nomine exoritur. Nam per
imania magnarū gentium diu danubius eſt:
deinde aliter appellatibus accolis Iſter fit:
acceptisq; aliquot amnibus ingens iam et
eorum: qui in noſtrū mare decidunt: tantū
Nilo minor totidē: quot ille oſtijs: ſed tribus
tenuibus: reliquis nauigabilibus effluit. In
genia cultusq; gentium differunt. Eſſedones
funera parentū leti et victimis ac feſto coitu
familiarium celebrant: corpora ipſa lanita et
ceſis pecorum viſceribus imixta epulando cō
ſumunt. Capita ubi fabre expoliuere auro
iuncta pro poculis gerūt. Hec ſūt apud eos
ipſos pietatis vltima officia. Agathyrsi ora
artusq; pingūt: vt quicq; maioribus preſtāt:
ita magis vel minus. Ceterū iſſodē omnes no
tis: et ſic ut abluī nequeant. Sarmate auri
argentiq; maximarum peſſium ignari vice
rerū cōmercia exercēt atq; ob ſeua hyemis
admodum aſſidue demerſis in humum ſedi
bus ſpecus aut ſuffoſſa habitāt. totū brachati

Aſiaces.
Lyra fluius.

Danubius.
Iſter.

Eſſedones.

Agathyrsi.

Sarmate.

c. iij.

Lauri.

Basilidiij.

Nomades.

Georgi.

Asiace.

Crudi populorum
mores.

corpus: et nisi qua vident etiam ora vestiti.
Lauri Iphigenie et Orestis aduentu maxi-
me memorati immanes sunt moribus: im-
manemq; famam habent / solere pro victimis
aduenas cedere. Basilidijs ab Herculez et
echidna generis principia sunt. mores regij.
arma tantum sagitte. Elagi nomades pecorum
pabula sequuntur: atq; vt illa pecorum durat:
ita diu statam sedem agunt. Colunt georgi
exercentq; agros. Asiace furari quid sit igno-
rant. Ideoq; nec sua custodiunt: nec aliena
contingunt. Interius habitatum ritus as-
perior et incultior regio est. Bella cedensq;
amant: Mosq; est bellantibus cruorem eius:
quem primum interemerunt ipsis e vulneribus ebi-
bere. vt quisq; plures interemerit: ita apud
eos habetur eximius. Ceterum ex parte esse cedis
inter obprobria vel maximum. ne foedera qui-
dem incruenta sunt. sauciant se: qui paciscun-
tur: exemptumq; sanguinem: vbi permiscuere de-
gustant. id putant mansure fidei pignus cer-
tissimum. Inter epulas: quot quisq; interfece-
rit: referre letissima et frequentissima men-
tio: binisq; poculis: qui plurimos retulere:
perpotatis interlocantis honos precipu-
us est. pocula vt Essedones parentum ita ini-
micissimorum capitibus expoliunt. Apud

anthropophagos ipse etiam epule visceribus
humanis apparantur. Beloni hostium cuti
bus equos sequi velant. illos reliqui corporis.
se capitum. Melanclenis atra vestis et ex ea
nomen. Neuris statim singulis tempus est:
quo si velint in lupos: iterumque in eos: qui
fuere mutantur. Mars omnium deus. Ei pro
simulacris enses et tentoria dedicant: homi-
nesque pro victimis feriunt. Terre late patet et
ob excedentia ripas suas plerumque flumina
nuscum non ad pabula fertiles. alicubi usque a-
deo steriles ad cetera: ut qui habitant ligno-
rum egentes ignes ossibus alant. His thracia
proxima est: eaque a pontici lateris fronte usque
in illyricos penitus imissa: qua latera agit
istro pelagoque contingitur. regio nec celo le-
ta nec soloret nisi qua mari propior est: infe-
cunda. frigida: eorumque: que feruntur maligne
admodum patiens. raro usque pomiferam arbo-
rem. vitem frequentius tolerat. sed nec eius
quidem fructus maturat ac mitigat: nisi ubi
frigoza obiectu frondium cultores arcuere.
viros benignius alit non ad speciem tamen.
Nam et illis asper atque indecens corporum
habitus est. Ceterum ad ferociam et nume-
ruz: ut multi inimitesque sint: maxime ferax.
paucos annes: qui in pelagus euadunt: verum

c. liij.

Anthropophagi.
Beloni.
Melancleni.
Neuri.
Mira Neurozum
natura.

Thracia.

Thraces feroces.

Hebus. Nestos.
Strymon. Hemō.
Rhodope.
Orpheus.

Bete.

Clarie de anima
opiniones.

celeberrimos hebrum et neston strymona e/
mittit. Montes interior attollit hemona et
Rhodopen ⁊ orbelon sacris liberi patris et
coetu menadū orpheo primus initiante cele/
bratos: e quis hemus in tantum altitudinis
abit: vt euxinus et adriam ex summo vertice
ostendat. vna gens thraces habitāt alijs ali/
jsq; preediti et nominibus et moribus: quidā
feri sunt ⁊ ad mortes patissimi. Bete utiq;
id varia opinio perficit. alij redituras putāt
animas obeuntium. alij et si non redeāt: nō
extingui tamē: sed ad beatiora transire. alij
emori quidem: sed id melius esse q̄ viuere.
Itaq; lugentur apud quosdam puerperiaz
natiq; deflentur. funera contra festa sunt:
et veluti sacra cantu lusuq; celebrantur. Ne
foeminis quidem segnis est animus. super
mortuorū virorum corpora interfici simulq;
sepeliri votum eximium habent. et quia plu
res simul singulis nupte sunt: cuius id sit de
cus: apud iudicatuos magno certamine
affectant. moribus datur: estq; maxime le/
tum: cum in hoc contēditur: vincere. Doe/
rent alij vocibus et cū acerbissimis plancti/
bus efferūt. At quibus cōsolari eos animus
est: arma opesq; ad rogos deferūt: paratiq;
vt dicitāt: cū fato iacētis: si detur i manus:

vel pacisci vel decernere: ubi nec pugne nec
 pecunie locus sit manentq; dominos proci-
 nupture virgines non a parētibus viris tra-
 duntur: sed publice aut locantur ducende:
 aut veneunt. utrum fiat ex specie ⁊ moribus
 causa est. probe formoseq; in precio sunt: ce-
 teras qui habeant mercede queruntur. vini
 vsus quibusdam ignotus est. epulantibus ta-
 men: ubi super ignes quos circūfident: que-
 dam semina ingesta sunt: similis ebrietati hi-
 laritas ex nidoze cōtingit. In littorib⁹ Istro
 proxima est Istropolis. deinde Malesis de-
 ducta galatis. et tritonice. et portus caria.
 et pistris promōtorium: quod preteruectos
 alter ponti angulus accipit: aduersus pha-
 siacozet nisi amplior foret: similis fuit. Hic
 bigone motu terre intercidit. Est portus cru-
 nos. vrbes dionysiopolis. obdessos. messen-
 bria. anchialos: et itimo in sinu atq; ubi pō-
 tus alterum sui flexum angulo finit magna
 apollophania. recta dehinc ora: nisi q̄ media
 ferme in promontorium: quod thimniā vo-
 cant: exit et in curuis cōtra se littorib⁹ obtē-
 ditur: vrbesq; sustinet helinideson et philas
 et phinopolim. hactenus pontus deinde est
 bosphorus: et propontis. In bosphoro Bi-
 cantium. In propōtide Selimbria. peintrhos

Istropolis.
 Malesis. tritonice.
 Caria. Pistris.

Thracie vrbes.

Apollophania.
 Thimnia. promon-
 torium.

Helinidesos. phile.

Phinopolis.

Bosphorus.

Bicantium.

Propōtidis vrbes.

Rhesus.

Gypsela.

Lysimachia.

Albydos. Sestos.
Leander.

Protesilai ossa.
Sceolos.

Cynosenia.

Macidos.
Aegeum.

Sunium promon-
torium.

bithynis. amnesqz: qui interfluunt erginos
et tyras. Tum Rheso regnata quondã pars
thracie et bisalte samiorum. et ingens ali-
quando gypsela. Post lacus: quem grai ma-
cronthios appellant. et in radice magne pe-
ninsule sedes lysimachia. terra: que sequitur
nusq̃ lata atqz hic arctissima iter bellepõtũ
egeũqz pcurrit. angustias Thesnon. frontẽ
eius mastusiã: totam chersonesuz appellat.
ob multa memorabile e. In ea flumẽ egos
naufragio classis attice isigne. Est et Albydo
obiacẽs sestos Leandri amore p nobilis. Est
et regio: in qua persarũ exercit' diuisas spa-
tio pelagoqz terras ausus pontibus iũgerez
mirũ atqz ingens facinus: ex asia in greciam
pedes et non nauigata maria transgressus e.
Sunt protesilai ossa consecrata delubro. Est
et portus sceolos atheniensibus et lacedemo-
nijs nauali acie decernẽtib' laconice classis
signatus excidio. Est cynosenia tumulus he-
cube siue ex figura canis: in quã cõuersa tra-
ditur: siue ex fortuna: in quam deciderat hu-
mili nomine accepto. Est macidos. Est belle-
us: que finit bellepõtũ. Aegeũ statim pela-
gus vaste lõgũ littus impellit: summotasqz
terras hinc ad promontorium: quod Suniũ
vocatur: magno ambitu molliqz circũagit.

eius tractū legētibus preuēctisq; in assusia/
 cum sinus intrandus est: qui alterum cherso-
 nesi latus abluens iugo facie vallis includi-
 tur et ex fluuiō: quē accipit: Melas dictus.
 duas vrbes amplectitur alopoconensum. et
 in altero Isthmi littoris sitam cardiam. exi-
 mia est enos ab enea profugo condita. Circa
 hebrum cicones. Trans eundem doriscos:
 vbi Xerxem copias suas: quia numero non
 poterat: spatio mensum ferunt. Deinde pro-
 montorium Seriphion: ex quo canentem or-
 phea sequuta ⁊ narratur nemora. cone. tum
 scenos fluuius: et ripis eius adiacens maro-
 nia. regio vltior Biomedem tulit immani-
 bus equis mandēdos solitum obiectare ad-
 uenas: et iisdem ab Hercule obiectum. Tur-
 ris: quam Biomedis vocāt: signū fabule re-
 manet: et vrbs: quā soror eius suo nomine
 nominauit. Abdere: sed ea magis id memo-
 randus habet: q̄ Democritū physicū tulit q̄
 q̄ ita cōdita est. Ultra nestos fluit: Interq;
 eū ⁊ srymona vrbes sunt: philippia. apol-
 lonia. amphipolis. Inter srymona ⁊ athō-
 turris calamea. et portus caprullon. vrbs
 acāthos et echima. Inter athon et pallenen
 cleona ⁊ olynthos. srymon: sicut diximus:
 amnis ē lōgeq; ort⁹ ⁊ tenuis: alienis subide

Melas.

Enos.

Enneas. Cicones.

Xerxes.

/torium.

Seriphion promō-

Orpheus.

Maronia.

Biomedes.

Turris Biomedis.

Abdere. /cus.

Democritus physi-

Nestos.

Philippia.

Apollonia.

Amphipolis.

Acanthos.

Strymō. Olynth⁹.

lio
Athos.

Diza montis alti-
tudo.

Xerxes.

Acroathon.

Pallene.

Potidea.

Pella.

Philippus.

Alexander.

Tozone.

Copos.

Miscella.

aquis fit amplior: et ubi non longe a mari
lacum fecit: maiore quā venerat alveo erum-
pit. Athos mons est adeo elatus: ut creda-
tur altius etiam quā vnde imbres cadunt / sur-
gere. capit opinio fidem: quia de aris quas
in vertice sustinet: nō abluatur cinis: sed quo
relinquitur aggere manet. Ceterum nō pro-
mōtorio: ut alij: verum totus est: totoque lon-
ge dorso procedit in pelagus: qua continēti
adheret et Xerxe in graios tendente p̄fossus
transnavigatusque: et actus freto navigabili
peruius. Inma eius tenent parue pelasgorū
colonie. in summo fuit oppidū Acroathon:
in quo / ut ferunt / dimidio longior quā in alijs
terrīs etas habitantium erat. pallene soli-
tam patētis: ut quinq; vrbium sedes sit atque
ager. tota in altum abit. angusta satis vnde
incipit. Ibi est potidea. at ubi laxius patet
Mendetione: que referēde. illa ab heretris.
hec ab achivis capto Ilio remeātibus posi-
ta. tum Macedonū populi: quot vrbes ha-
bitant: quarū Pellam maxime illustrē alum-
ni efficiunt Philippus grecie domitor. Alex-
ander etiaz asie. In littoze flexus megiber-
neus inter promontoria diuidit canastreū et
portū: qui copos dicūt. vrbes tozonem et mis-
cellam atque vnde ip̄i nomen est: Megibernā

incingit. canestreo promontorio Sena pro-
xima est. Megibernacusa in medio qua ter-
ra dat gremium: modice in littoza ingredit.
Ceterum longis in altuz immissis lateribus
ingens inter maria sinus est. in eum axius
per macedonas etiam per thessalos penitus
excurrit. ante axium thessalonice est. inter
vtrumq; cassandria. cinda. alozos. icaris.
apeno. isepida. corinthia. meliboea. castanea
pares ad famam: nisi q; philoctetes alumnus
Meliboeam illuminat. Terre interiores cla-
ris locoꝝ nominibus insignes pene nihil ig-
nobile ferunt. Hinc non longe est Olympus.
hic Pelion. hic ossa montes gigantū fabula
belloq; memorati. Hic musarum parēs do-
musq; pieria. hic nouissime calcatum grato
Herculi solū saltus oetus. hic sacro nemo-
re nobilia tempe. hic Libetra carminūq; fon-
tes obiacent. Tum iam vaste et multū promi-
nens grecia: et dum myrthoum pelagus atti-
gat: a septentrione in meridiem vecta. qua
sol oritur egeis. qua occidit Jonijs fluctibus
obiacet. ac proxime spatiosa: et bellas nomi-
ne grandi fronte procedit. mox mari utroq;
et Jonio magis latera eius intrante donec
quattuor milia passuuz pateat media ferme
prope inciditur. Beinde rursum terris huc

Sena.
Megibernacusa.

Axius.

Multarum urbiū
nomina.

Philoctetes.

Meliboea.

Olympus. Pelion.

Ossa.

Pieria.

Oeta.

Tempe.

Libetra.

Grecia.

Hellas.

se et illuc verum in Ionium mare magis ex
pandentibus progressisq; in altum non tam
lata q̄ coeperat: ingens tamen iterum ⁊ qua
si peninsula extenditur: vocaturq; pelopon-
nesos: ob sinus ⁊ promōtoria: quis vt fibris
littoria eius incisa sunt: simul q̄ tenui trami-
te i lat' effunditur: platani folio simillima.
In macedonia prima est Thessalia. deinde
Magnesia. phthiotis. doris. locris. phocis.
boetis. attis. megaris. Sed omniū attis cla-
rissima. In peloponneso argolis. laconice.
messenia. achaia. elis. arcadia. ultra etolia.
acarnania. epiros vsq; i adriaz. De locis at-
q; vrbibus: que mare non abluit hec maxi-
me memoranda sunt in thessalia. Larissa ali-
q̄ndo iolcos. i magnesia Anthronia. i phthio-
tide phthia. i locride cinos et caliozos i pho-
cide delphi et mons parnasus. et Apollinis
fanū atq; oraculū. In boetia thebe et cithe-
ron fabulis carminibusq; celeberrim'. In
attide eleusin Cereri cōsecrata et clariores:
q̄ vt indicari egeant: Athene. In megaride
vnde regioni nomen est megara. Est in argo-
lide argos et Mycene et tēplum Junonis
vetustate et religione p̄celebre. In laconide
terapne. lacedemon. amyce. mōs Layget'.
In messenia Messene ⁊ Methone. i achaia

Peloponnesos.

Macedonia.

Larissa.

Phthia.

Delphi.

Parnasus. Thebe

Citheron.

Attis

Eleusis. Cereri cōsecrata.

Athene:

Argos: Mycene:

Templū Junonis:

Lacedemon:

Amyce:

Laygetus mons:

atq; elide quondam pise oenomai. elis et nu-
men delubrumq; olympij Jouis certamine
gymnico et singulari sanctitate. Ipso quide-
tamen simulacro: quod phidie opus est ma-
xime nobile. Arcadiam peloponnesiace gen-
tes vndiq; incingunt. In ea sunt vrbes per-
sophistenia. orchomenos. montes Pholoe.
Cyllenius. Parthenius. menalus. flumina
erymantus et laoon. In etolia naupactos.
In acarnania Stratos oppida. In epiro
dodonei Jouis templū ⁊ fons ideo sacer: q̄
cū sit frigidus: ⁊ imersas faces sicut ceteri ex-
tinguat: vbi sine igne pcul admonētur accē-
dit. At cū littoza legūtur a pmōtorio Sepia
de p Bemetriā et balon ⁊ ptheleon ⁊ ethinō
ad pagaseū sinū cursus est. Ille urbē paga-
sam amplex' amnē Spchion accipit: et quia
Minye colchida petētes inde argo nauē sol-
uere memorātur. ab eo ad Suniū tendētib'
illa p̄nauiganda. maliacus ⁊ opuntius gran-
des sinus: et i ijs cesorū etiā laconū trophea
Thermopyle. oroes. carphanemides alope.
antedon. larumne. aulis agamemnonie gra-
iorūq; classis in troiā cōiurātiū statio. Ma-
rathon magnaz multarūq; virtutuz testis:
Jam inde a theseo persica maxima clade p-
notus. Rhamnys p̄ua illustris tamē: q̄ i ea

416
Pise Oenomai.
Elis.
Jupiter Olympi'.
Phidias.
Arcadie vrbes. mō-
tes et flumina.
Orchomenos.
Erymantus.
Naupactos.
Dodonei Jouis tē-
plum.
Miza fōtis natura.
Pagasa.
Minye.
Argo nauis.
Maliacus ⁊ Opun-
tius sinus.
Thermopyle.
Aulis.
Marathon.
Rhamnys.

Fanū Amphiarai.
Nemesis phidiaca.
Suniū promonto-
rium.

Pyreus.
Scyronia saxa.

Isthmos.

Ludi Isthmici.
Corinthos.

Acrocorinthos.

Bucephalos.
Malea.

Tenaros.
Epidaurij.
Troecenij.

Epidaurus.
Troegen.

fanum est amphiarai: et phidiaca nemesis.
phoricos et bauronia olim vrbes. iam tantū
nomina. Suniū promontoriū est: finitq;
id littus bellados: quod spectat ad orientes.
Unde ad meridiē terra conuertitur vsq; ad
megarā: attice vt modo latez: ita nunc fron-
te pelago adiacens. Ibi est Pyreus atheniē-
siū portus. scyronia saxa seuo quondā scy-
ronis hospitio etiam nūc infamia. Megarē-
siū tractus Isthmon attingit. hoc illi cog-
nomen est: quia quattuor milium spatio ege-
um mare ab Ionio submouēs angusto tra-
mite belladi peloponneson annectit. In eo
est oppidum chencerea. fanū Neptuni. Lu-
di quos isthmicos vocāt: celebres. corinthos
olim clara opibus. post clade notior: nūc ro-
mana colonia. ex summa arce: quā acroco-
rithon appellant: maria vtraq; cōtuens. pelo-
ponnesi oras: sicut diximus: sinus et pmo-
ria lacerant ab oriente Bucephalos et cher-
sonesus et scyleon. ad meridiē malea. tena-
ros. achritas. Icthis. ad vesper chelonates
et taraxos. habitāt ab Isthmo ad scyleō epi-
daurij esculapij tēplo inclyti et troecenij fide
societatis attice illustres. portus sardonicus
et schenitas et pagonus. Oppida autem epi-
daurus et troegen et hermiona his littorib;

apposita sunt. Inter scyleon ⁊ malean laco-
 nicus. Inter tenaron et acritan et Acthim
 cyparissius. In argolico sunt noti amnes e-
 rasinus atq; Inachus: et notum oppidū ler-
 ne. In laconico cynthius ⁊ eurotas. In ipso
 tenaro. Neptuni templuz et specus illi: quē
 in ponto acherusium diximus: facie et fabu-
 la similis. In asineo flumen pamisuz. In cy-
 parissio alpheus. nomen dedit vrbs in litto-
 re sita: hinc cyparissus. illinc asine. Messenij
 pylisq; terras colūt. et ipsa pelago pylos ad-
 iacet. Cyllne. calipolis. patre ora illā tenēt:
 in quam thelonates ⁊ araxos excurrūt. Sed
 cyllene: q̄ mercurium ibi natum arbitrātur
 insignis. Rhion deinde / maris id nomen est /
 anguste et velut freto lacus ore frequenti in-
 cidēs inter etolos et pelopōnesiacos vsq; ad
 isthmon irrumpit. In eo ad septentrionem
 spectare littora incipiunt. In his est egeon ⁊
 egina et oliros et Scion. ac in aduersis page-
 creusis. anticyra. oeanthia. cyra: et notior a-
 liquanto nomine calydon et euenos. Extra
 rhion in acarnania maxime clara sunt oppi-
 dum Leucas. flumen achelous. In epiro ni-
 hil ambracio sinu nobilius ē. facit sinus: qui
 angustis faucibus et que minus mille passi-
 bus pateant grande pelagus admittit. Faci-

Laconicus.
 Cyparissius.
 Erasinus.
 Inachus. Lerne.
 Cynthi. Eurotas.
 Tenarus.

Pamisus.
 Cyparissus.
 Asine.
 Pylos. Cyllene.
 Patre.
 Elbinam ortus
 mercurius.
 Rhion.

Egeon. Egina.
 Calidon.
 Euenos.
 Leucas. Achelous.
 Ambracius sinus.

.d.

Actium.
Butroton.
Cerauni montes.
Aozia.

Parthenij.
Basarcte.
Pheaces. Illyrici.
Pyrei. Liburni.
Oricum.
Burachium.

Apollonia.
Salona. Jadera.
Nona. Tragurium.
Mola
Neas fluvius.
Nar. Danubius.

Tergeste.

De Italia.

unt vrbes: que assidunt Actiuz. argi. amphilo-
locis. ambracia. eacidarum regna: pyrrebiqz
Butroton ultra ē. Beind Cerauni mōtes .
ab ijs flexus in adriam. hoc mare magnū se-
cessu littozum acceptum et vaste quidez in la-
titudinem patens: qua penetrat tamen vasti-
us illyricis vsqz tergestuz. cetera gallicis sta-
lisqz gētibus cinguntur. Parthenij et dasar-
cte prima eius tenent. sequentia paulatiz En-
telle pheaces. deinde sunt: quos proprie illy-
ricos vocant. Tuz pyrei ⁊ liburni ⁊ Istria.
Urbium prima est Oricum: secunda Bura-
chium Epidamnus ante erat. Romani no-
men mutauerunt: quia velut in damnum itu-
ris omē id visum est. Ultra sunt apollonia.
salona. jadera. nona. tragurium. sinus pala-
ticus et pola quondam a colchis: vt furūt:
habitata: in quantuz res transeunt nunc ro-
mana colonia. Amnes autem eas: et nar. ⁊
danubius: qui iam dictus est iſter: sed eas se-
cundū apollonias. nar inter pyreos et libur-
nos. per iſtros iſter emittitur. Tergeste inti-
mo in sinu adrie situs finit Illyricum.

De Italia magis quia ordo exigit q̄
quia monstrari eget ⁊ pauca dicentur.
nota sunt omnia: ab alpibus incipit in altuz
excedere: atqz vt procedit se media perpetuo

apoenini iugo montis attollens inter adria
cum et tuscum: siue vt aliter eadem appellā
tur: inter superus mare et inferum excurrit
diu solida: Ceterum vbi longe abit in duo cor
nua scinditur: respicitq; altero siculum pela
gus: altero Ionium: tota angusta et alicubi
multo q̄ vnde coepit angustior. Interiora e
ius alie alieq; gentes. Sinistram partē Lau
nizet veneti colunt tagatas galliam. tum ita
lici populi Picentes. Ferentani. dauni. apu
li. calabri. salentini. Ad dextram sunt sub al
pibus Ligures. sub apoenino. Etruria.
post Latium. Volsci. campani. et super lu
caniam. Brutij. Cirbium: que procul ama
ri habitantur opulentissime sunt / ad sinistra
Datanius Antenoris. Mutina et Bononia
romanorum colonie. Ad dextram Capua a
Tuscis. et Roma quondam a pastoribus cō
dita. nunc si pro materia dicatur alterum o
pus. At in oris proxima est a tergeste Cōcor
dia. Interfluit Timaus nouem capitibus
exurgens vno ostio emissus. deinde Natiso
non longe a mari ditē attingit Aquileiam.
Ultra est altinum. superiora late occupat lit
tora padus. nanq; ab imis radicibus vesuli
montis exortus paruis se primum fontibus
colligit: et aliquatenus exilis ac macer mox

.d.ij.

Apoeninus.

Clarie italie gētes.

Dataniū. Mutina
Bononia. Capua.
Roma.

Concordia.

Timaus.

Natiso.

Aquileia.

Altinum.

Padis ortus.

Magnus padus.

Rauenna.
Ariminum.
Metaurus. Esis.

Ancona vnde.
Picenum.
Piceni vrbes.
Firmum. Adria

Bucara.
Bauni.
Theanum.
Garganus mons.
Turias sinus.

alijs annibus adeo augetur atq; alitur: vt
se per septem ad postremuz hostia effundat:
Unum de ijs magnum padum appellat: In
de ta citus profilit: vt discussis fluctibus diu
qualem emisit: vndam agat: suumq; etiam i
mari alueum seruet: donec eu ex aduerso lit
toze Istrie eodem impetu profluens Ister
annis excipiat. Hac re per ea loca navigan
tibus: qua vtrinq; amnes eunt inter mari
nas aquas dulcium haustus est. A pado ad
Anconam transitur. Rauenna. Ariminum.
Misaurum. fanestris colonia. flumē metau
rus atq; Esis. et illa in angusto illozum du
orum promontorioꝝ ex diuerso coeuntium
inflexi cubiti imagine sedens. et ideo a grais
dicta Ancona: inter gallicas italicasq; gētes
q̄si terminus interest. Nec eiz pregressos Pi
ceni littoza excipiunt. In quibus humana po
tentia. clierna. cypza vrbes. castella autem
firmum. adria. truētinum. Id ei fluuiio: qui
preterit nomen est. Ab eo Senogallia mariti
ma. habent enim fluminis hostia. Urbes bu
cara et histonium. Bauni autem Tifernum
annem. claterniam. lucrinū. theanū oppida
mōtemq; garganum. sinus est continuo A
pulo littoze incinctus nomine Turias modi
cus spatio/ pleraq; asper accessu. extra Sin

ponium: vel ut graij dixerent Sipillum: et flu-
men: quod canusium attingens / aufidum ap-
pellant. post Barium et gnatia et Ennio ci-
ue nobiles rudie. et in calabria Brundusius
Calaetium lupe hidrus mons. tum salentini
campi. et salentina littoza et vrbes graia Sal-
lipolis. hucusq; adria. hucusq; italie latus
alterum pertinet. Frons eius in duo quidez
se cornua sicut supra diximus scindit. Leteꝝ
mareꝝq; inter vtraq; admisit tenuibus pro-
montorijs semel iterumq; distinguens non
vno margine circuit: nec diffusum patensq;
sed per sinus recipit. Primus Tarentinus
dicitur inter promontoria Salen et laciniuz.
In eoq; sunt Tarentus. metapontum. hera-
clea. Croto. Turium. Secundus Scyllaceus
inter promontoria Lacinium ⁊ cephyrium:
in quo est Metilia. carcinus. Scyllaceus. mi-
stre. Tercius inter cephyrium. et Brutium
Consentiam. Pauloniam: locrosq; circun-
dat. In Brutio sunt colonia regia rhegium
Scylla. taurinum et metaurum. hinc in tus-
cum mare deflexus est: et eiusdez terre latus
alterum maticana. Ionium. Zubon. et emi-
ea. clampetia. Blunda. Buxentius. Clelia.
Malinurus olim phrygij gubernatoris. nūc
loci nomen. Vestanus sinus. Vestū oppidū.

.d. iij.

Sipillū. Canusiū
Aufidus fluius.
Ennius poeta.
Rudie.
Calabrie situs.

Tarentinus sinus.
Tarentus.
Metapontum.
Croto. Turium.
Scyllaceus sinus.
Metilia. Distre.
Consentia.

Brutij vrbes.

Vestanus sinus.
Vestum.

Syrenum petre.
Minerue promon.
Sinus puteolanus.
Clesuius.
Lucrinus.
Auernus. Baie.
Dissenium.
Linternum.
Culturn' fluius.
Sinuesssa. Liris.
Minturne. Formie.
Cyrceij. Antium.
Aphrodisium.
Latij vrbes.
Luna.
Senua.
Paulon. Clarus.
Alpes.

Silerus amnis. picentia. petre: quas Syre
nes habitauere. Minerue promontoriū. om
nia Lucanie loca. Sinus puteolan'. Surrē
tū. Herculaneū Clesuij montis aspectus.
Mōpeiij. Neapolis. puteoli. lacus lucrinus
et auernus. Baie. Dissenū: id nunc loci ali
quando phryigij militis nomen. Lume. Lin
ternū. Culturnus amnis. Culturnū oppi
dū. amoena cāpanie littoza. Sinuesssa. liris.
Minturne. Formie. fūdi. terracina. Cyrces
domus aliquando circeij. Antium. aphrodi
sium. ardea. Laurentum. ostia citra Tyberī
in hoc latere sunt. Cūtra pyrgi. anio. castrū
nouum. grabus. Lecosa. Telamō. Populo
nia. Lecina. Misse: betrusca ⁊ loca ⁊ nomina
Beinde Luna Ligurū: ⁊ liguria: et genua. ⁊
Sabatia: ⁊ Albigaunū. Lū paulon ⁊ Clarū
flumina vtraq; ab alpib' delapsa: sed Clarz
quia Italiaz finit aliquanto notius. Alpes
ipse ab ijs littozibus longe lateq; diffuse: pri
mo ad septentrionem magno gradu excu
runt: deinde vbi Germaniā attigerunt: ver
so impetu in orientem abeunt ⁊ dirreptisq;
populis immanibus vsq; in thratiam pene
trant.

Ballia.

S Allia lemano lacu et gebennicis mon
tib' i duo latera diuisa. atq; altero tus

cum pelagus attingens. altero oceanū. hinc
a Claro illinc a Rheno ad pyreneum vsqz p
mittitur. pars nostro mari apposita / fuit ali
quando braccata: nunc narbonensis magis
culta et magis consita: ideoqz etiā letior. Et
bium: quas habet: opulentissime sunt vasco
vocuntioꝝ. vienna alobrogū. auenio. canarū
arecomicoꝝ. Nemausus. Tolossa. Lecto
sagum secundanoꝝ. arausio sectanoꝝ. are
late: septimanoꝝqz Blittera. sedātestato
nis atacinoꝝ: decimanoꝝqz colonia. vn
de olim ijs terris auxilium fuit: nūc et nomē
et decus est martius narbo. In littoribus a
liquot sunt cum aliquibus nominibus loca.
Ceterū rare vrbes: quia rari portus: et om
nis plaga austro: atqz africo exposita ē. Ni
cea tangit alpes. tangit oppidum detiacum.
tangit antipolis. Beide est forum Julij octa
uonoꝝ colonia. tunc post Antipolis. ⁊ ol
biam: et laurion: et Litaris tenet ⁊ Lacidon
massiliēsiū portus. ⁊ in eo ipsa Massilia.
Hec a phoceis oriunda: et olim inter aspe
ras posita: nunc vt peccatis ita dissimilli
mis tamen vicina gentibus. mirum q̄ facile
et tunc sedem alienam ceperit: et adhuc mo
rem suum teneat. Inter eam et Rhodanum
maritima auaticoꝝ stagno assidet fossa
.d.iiij.

Braccata gallia.

Gallie vrbes.

Nicea.

Forum Julij.

Massilia.

Fossa Mariana.

Hercules.

Albion. Bergios.

Rhodanus.

Stagna volcarū.

Mesua.

Arausis.

Obis.

Atax.

Rubresus lacus.

mariana. partem eius amnis nauigabilis al
ueo effundit. alioquin littus ignobile est lapi
deum vt vocant: in quo herculem contra al
biona et bergion Neptuni liberos dimican
tes cuz tela defecissent ab inuocato Joue ad
iutum imbze lapidum ferūt. credas pluuisse.
adeo multi passim et late iacent. Rhodanus
non longe ab Istri rheniqz fontibus surgit.
deinde lemano lacu acceptus tenet impetū:
seqz per medium integer agens: quantus ve
nit/egreditur: et inde contra in occidentē ab
latus aliquandiu gallias dirimit. Post cursu
in meridiez abducto hac intrat accessuqz ali
orū amniū iam grandis et subinde grandior
inter volcas et cauaras emittit. Ultra sunt
stagna Clolcaruz. Ledum flumen. castelluz
latara. mesua collis incinctus mari pene vn
diqz: ac nisi q̄ angusto aggere continenti an
nectitur insula. Tum ex gebennis demissus.
Arausis iuxta acatam. secundū bliteras ob
ris fluit. atax ex pyreneo monte digressus:
qua vi fontis aquis venit exiguus vadusqz:
Est etiaz ingentis alioquin aluei tenens. nisi
vbi narbonez attingit: nusq̄ nauigabilis: sed
cū hibernis itumuit imbribz: vsqz eo solitus
insurgere: vt se ipse nō capiat. Lacus accipit
eum Rubresus nomine spatiosus admodū:

sed qua mare admittit: tenuis aditu. Ultra e
 Leucata littozis nomen. et falsule fons non
 dulcibus aquis defluens sed falsioribus ⁊ q̄
 marine sunt. Juxta campus minuta arūdi
 ne: graciliqz peruiridis: Leterū stagno sube
 unte suspensus. Id manifestat media pars e
 ius: que abscissa proximis velut insula natat
 pelliqz se atqz attrahi patitur: quin et ex ijs
 que ad imum perfossa sunt: suffusum mare
 ostenditur. Unde graijs nostrisqz etiam auc
 toribus / verine ignorantia / an prudentibus e
 tiam mendacij libidine visum est tradere po
 steris / in ea regione piscem e terra penitus e
 rui: q̄ vbi ex alto hucusqz penetrauit per ea
 foramina ictu captantium interfectus extra
 hitur. Unde est ora Sordonū. ⁊ parua flumi
 na thelis et thicis: vbi accreuerē perseua. co
 lonia Ruscino. vicus eliberre magne quon
 dam vrbis et magnarum opum tenue vestigi
 um. Tum inter pyrenei promōtoria portus
 veneris est sinus falso: ⁊ ceruaria locus finis
 gallie.

p yreneus primo hinc in britānicū pcur
 rit oceanum: tū inter terras fronte cō
 uersus Hispaniam irrumpit: et minore eius
 parte ad dexteraz exclusa trahit perpetua la
 tera continuus per omnem donec prouinciā

Leucata. Falsule.

Thelis. Thicis.
 Ruscino.

Portus Veneris.
 Ceruaria.

Pyreneus.

Hispania.

Laus Hispanie.

Hispanie in tres
partes diuisio.
Terraconensis.

Alnas fluius.
Betica.

Lusitania.

Pallantia.
Numantia.
Emerita.
Corduba.

longo limite immissus / in ea littoza: que occi
dēti sunt aduersa / perueniat. Ipsa hispania:
nisi qua gallias tangit / pelago vndiqz incinc
ta est: vbi illis adheret: maxime angusta pau
latim se in nostrum et oceanum mare exten
dit: magis magisqz latior ad occidētem abit
ac fit ibi latissima. viris. equis. ferro. plūbo.
ere. argento auroqz et tā abundans: et adeo
fertilis vt sicubi ob penuriam aquaruz effoe
ta et sui dissimilis est: linum tamen aut spar
tum alat. Tribus autem est distincta nomini
bus. parsqz eius Terraconensis. pars Beti
ca. pars Lusitania vocatur. Terraconensis
altero capite gallias. altero beticam Lusita
niamqz contingens / mari latera obiscit nō.
qua meridiem. qua septentrionem spectat o
ceano. illas fluius Alnas separat. et ideo be
tica maria vtraqz prospicit: ad occidentem a
tlanticum. ad meridiem nostrum. Lusitania
oceano tantūmodo obiecta est: sed latere ad
septētriones: fronte ad occasus. Carbium de
mediterraneis in terraconensi clarissime fu
erunt Pallantia et numantia: nunc est Ce
saraugusta. In Lusitania / Emerita. In beti
ca / Astagi. Hispalis. Corduba. At si littora le
gas / acervaria proxima est rupes: que in al
tum pyreneū extrudit: Dein thicis flumē ad

Rhodam clodianum ad Emporia. Tū mōs
 Jouis cuius parti occidenti abuersam emi-
 nentiam cautiuz:que inter exigua spatia: vt
 gradu subinde cōsurgunt:scalas Annibalis
 appellant. Inde ad tarraconem parua sunt
 oppida Blandeluro. betullo. barchino. Su-
 bur. Tholobi. parua flumina / Betullo. iux-
 ta Jouis montem Rubrica: tum in Barchi-
 nonis littoze inter subur et Tholobin maius
 taraxo. Urbs est in his oris martimarū opu-
 lentissima Tulcis. Eaz modicus amnis sup-
 ingens Iberus deorsum attingit. Inde se i
 terras pelagus insinuat: et primum magno
 impetu admissum. mox in duos sinus pmō
 torio: quod Ferrariā vocant: finditur: prior
 supronensis dicitur: maiorqz ac magno satis
 ore pelagus accipiēs: et quo magis penetra-
 tur: angustior Sorobin et Buriaz et Sucro-
 nem non magna excipit flumina. Urbes cō-
 plexus et alias quidem: sed notissimas Cla-
 lentiā et saguntū illam fide et erumnis incly-
 taz. sequens ilicitanus Alonem habet: et lu-
 centiam: et vnde ei nomen est / ilicen. Hic iaz
 terre magis in altum eunt: latioremqz q̄ fu-
 erat / Hispaniam faciunt. verum ab ijs: que
 dicta sunt: ad principia betice preter Cartha-
 ginem: quā dux poenoz Alorubal condidit:

mons Jouis.

Scale Annibalis:

Hispanie oppida.

Rubrica fluius.

Taraxo fluius.

Tulcis.

Iberus.

Ferraria promon-
torium.

Burias.

Clalentiā.

Saguntus.

Carthago hispanie.
Alorubal.

Obscura oppida.

Columne Hercu-
lis.

Tarthesos.

Melle patria.

Gades insula.

De insulis.

nihil referendum est. In illis oris ignobilia
sunt oppida: et quorum mentio tantum ad or-
dinem pertinet: Clirgi in sinum quez Clirgi
tanum vocant. Extra Aderas velox. menobia
Malacha. Lisal. dubal. acipiro. Berbesul.
Apit deinde angustissimus pelagus: et prima
inter se Europe: atq; africe littoza motes ef-
ficiunt: vt initio diximus: columne herculis
abyla: et calpes: vterq; quidem sed calpes ma-
gis et pene totus in mare prominens. Is mi-
rum in modum concauus. Ab ea parte qua
spectat occasum: medius fere latus aperit:
atq; inde ingressus totus admodum puius
prope quantum patet sinus: et specus ultra
est: In eoq; tartheia: vt quidam putant: ali-
quando tarthesos: et quam transuecti ex afri-
ca phoenices habitant: atq; vnde nos sumus:
cingenteratum. mellana: et bello et besipho
vsq; ad Junonis promontorium oram freti
occupat. Illud iam in occidentes et oceanum
obliquo iugo excurrens: atq; ei quod in afri-
cam ampelusiam esse dixeramus aduersum
qua nostra maria sunt: finit europen. Ga-
des insula que egressus fretum obuia est: ad-
monet ante reliquas dicere: q̄ in oceanii lit-
toza terrarumq; circuitum: vt initio promi-
simus: oratio excedat. Hance sunt i meotide

Unde enim videtur comodissimus incipere /
neq3 omnes tamen incoluntur. nam nec pa-
bula quidem large ferunt. Hac re habitanti-
bus caro magnorum piscium sole siccata et i-
puluerem vsq3 contusa pro farre est. Pauce
et in pōto. leuce bozystenis ostio obiecta par-
ua admodum. et q̄ ibi achills situs est: achil-
la cognomine. nō lōge a collisaria: que Mar-
ti sacrata: vt fabulis traditur: tulit aues cui3
summa clade aduenientium pēnas quasi te-
la iaculatas. Sex sunt inter istri ostia. Ex ijs
Peuce notissima et maxima. Lymas mariā
dynorum finibus pxima urbem habet: quā
quia bythyni incolunt bithynida appellant.
Contra thracium bosphorum due parue. p-
uoq3 distantes spatio: et aliquando credite:
dicteq3 concurrere: et cyanee vocātur et sym-
plegades. In propontide tantum procone-
fos habitatur. extra hellespontū earum que
asiaticis regionibus adiacent / clarissime sunt
Lenedos figeis aduersa littoribus. et quo di-
centur ordine ad promontorium tauri mon-
tis exposite: quas quidm dici putauere Ma-
caron: siue q̄ fortunati admodum celi soliq3
sunt: siue q̄ eas suo suorumq3 regno Ma-
car occupauerat. In Troade lesbos. et in
ea quinq3 olim oppida antisia. pyra. cresos.

Leuca.
Achillea.
Collisaria.
Mirus de auib'.

Peuce.
Lymas.

Symplegades.
Proconesos.

Lenedos.

Macaron insule.

Macar.
Lesbos.

Ditylene.
Chios. Samos.
Cos. Rhodos.
Rhodi. vrbes.

Chelidonie.

Cipros.

Salamis. Paphos
Clenus.
Palepaphos
Parabos.

Canopos.

Canobus.
Pharos.
Homerus.

Ciraua. Ditylene. in Ionia Chios et Sa-
mos. In Caria cos. In Lycia Rhodos. In
illis singule sunt iisdem nominibus vrbes.
In Rhodo tres quondam erant Lindos. Ca-
miros. Jelysos. que contra Lauri promonto-
rius importune nauigantibus obiacent Che-
lidonie nominantur. In sinu quem maximū
asia recepit prope media cypros ad ortus oc-
casumq; se immittens recto iugo inter cilici-
am Syriasq; porrigit ingens: vt que aliquā-
do nomen regno ceperit: et nunc aliquot vr-
bes ferat: quarum clarissime salamis et pa-
phos. et quo primum ex mari venerem egres-
sas accole affirmant. palepaphos. parabos
etiam in phoenice est parua: et quantū patet
tota oppidum frequens tamen quia etiaz su-
per aliena tecta sedem ponere licet. parua et
Canopos Nilo ostio: quod canopicū vocāt:
obuia est. Menelai gubernator Canob' ibi
forte moriens nomen insule. Illa ostio dicit
Pharos Alexandriae nunc ponte coniungit:
olim vt homerico carmine proditū est: ab e-
isdem oris cursu diei totius abductaret si ita
res fuit: videri potest coniectatibus in tantū
mutate causas Nilū prebuisse: dum limum
subinde: et precipue cuz exundaret: littozi an-
nectens auget terras spatiumq; augetcentium

in vicina vada promouet. In africa contra
maiorē syrtim cuteletos: contra minoris p
montoria meninx: et cercinna. contra carta
ginis sinuz Larrichie et egathee romana cla
de memorabiles. Plures Europe littoribus
sunt apposite. In egeo mari ppetratia Tha
fos. Imbros. samothrace. Scadile. polyagos
Scyathos: halonesos. et quā aliquando om
nibus qui mares erant / cesis tantum foemi
ne tenuisse dicuntur atbo monti Lemnos ad
uersa. Magaseus sinus Scyathon prospicit.
scinisson amplectitur. Euboea ad meridiem
promontorium gereston et caphaream. ad
septentrionem cannum extrudit. et nusq̄ la
ta duum milium spatium habet vbi arctissi
ma est: ceterum longa totiqz boetie apposta
angusto freto distat a litore. Euripon vocāt
rapidum mare et alterno cursu septies die:
ac septies nocte fluctibus inuicem versus: a
deo immodice fluens: vt ventos etiam ac ple
na ventis nauigia frustretur. Aliquot in ea
sunt oppida Styra. Eretria. piranessos. oe
chalia. verum opulētissime Carystos et chal
cis. In attide helene est nota stupro helene.
et salamis excidio classis persice notior. ci
zea pelopōneson etiaz nūc in egeo phitiusa et
egina epidaurico littori proxima. Troegenio

Africe insule.

Aegei insule.

Lemnos.

Megaseus sinus

Euboea.

Caphaream.

Euripos.

Euboee oppida.

Helene insula.

Salamis.

Aegina.

Calauria.
Demosthenes.
Cythera.

Ionij insule.
Cephalonia

Ithaca.

Echinades.

Plote. Strophades

Leucadia.

Corcyra.

Sporades vnde.

Cyclades vnde.

Crete.

Europa. Ariadne.

Minotaurus.

Jouis sepulchrum.

calauria inter ignobilis alias leto Demosthe-
nis nobilis. in myrthoo cythera contra ma-
lean emissaret Tegea. Nissa contra acritã.
in jonio pstrria. Cephalonia. Heritos. Sa-
me. zacinthos. Bulichius. et inter nõ ignobi-
les vlyssis nomine ithaca maxime illustris.
in Epiro Echinades. et oli Plote nũc Stro-
phades. contra ambraciũ sinuz Leucadia. et
vicina adriaco mari Corcyra. betracum gra-
iorumq; terris objacent. at interius nelos.
olearos. egina. cothon. jos. theza. Syaros.
sporiz. Byonissa. Lianos. Chalcis. icaria. pi-
naria. Nisyros. Lebynthos. calyone. asine.
he quia disperse sunt Sporades. Ab eis Cici-
nos. hipanos. Siphnos. Seriphos. Menea.
Paros. Syros. Tenos. Mycon. Naxos. o-
los. andros: quia in orbẽ iacent Cyclades di-
cte sunt. Sup eas iam in medio mari ingens
et centũ quondã urbibus habitata Crete / ad
orientẽ promontoriũ Samoniũ: ad occiden-
tez criu metopon immittit: nisi maior esset:
Cypro similis. mltis famigerata fabulis. ad-
uẽtu Europe. pasiphaes et Ariadne amori-
bus. Minotauri feritate fatoq; Bedali opi-
bus et fuga. tũ statione atq; morte: maxime
tamen eo q; ibi sepulti Jouis pene clarũ vesti-
gium sepulchrum: cui nomen eius insculptũ

esse accolere ostendunt. Urbium notissime
Gnosfos. Hortyna. Lyctos. Lycastos. olo
puros. phestos. cydon. Camoracusa. dycti
na. Inter colles q̄ ibi nutritū Iouem acce
pimus: fama Ioui montis excellit. Juxta ē
asticla. Naumachos cephyre. grise. caudos:
et quas musagorus numero tres vno tamē
vocabulo appellāt: atq; vnde carpathio ma
ri cognomen est carpathos. In adria aspo
ros. dicedalos. absyrtis. Issa. Licana. Hy
dria. phlecirides. nigra corcira. Lingarius.
Biomedea. Aestria. asine. atq; vt alexandrie
ita Brundisio adiacens Pharos.

Sicilia: vt ferunt aliquando cōtinēs:
et agro brutio annexa. post freto ma
ris siculi abscissa est. id angustum et anceps
alterno cursu modo in tuscū. modo i Ioniū
pelag' perfluit. atrox. seuū ⁊ scylle charyb
disq; seuis nominibus inclytū. Scylla saxū
est: charybdis mare. vtrūq; noxium appul
sis. Ipsa ingens et tribus promontorijs in
diuersa pcurrens grece littere imaginē: que
delta dicitur: efficit. Machynū vocat: qd gre
ciā spectat. Lilybeū quod in africā. Melor
quod in Italiā vergēs scylle aduersus ē. cau
sa nois Melor' gubernator ab Annibale ibi
dē cōditus: quē ideoz vir pfugus ex africa ac

Crete vrbes.
Mons Iouis.

Carpathos.
Adrie insule.

Sicilia.

Scylla.
Charybdis.

Tria Sicilie pro
montoria.

Melorus.
Annibal.

e

per ea loca Syriam petens: quia procul intuenti videbantur continua esse littoza / et non peruium pelagus / proditum se arbitratus occiderat. Ab eo ad pachynum ora que extēditur Joniū mare attingēs hec fert illustria Messanam. Laurominium. Latinam. Megarida. Syracusas et in ijs mirabilem arethusam. fons est in quo visuntur iacta in alpheum amnem: vt diximus: peloponnesiaco littozi infusum. vnde ille creditur non se consociare pelago: sed subter maria terrasq; depressus huc agere alueum: atq; hic se rursus extollere. Inter pachynum et lilybeum et agragas est. et heraclea et therme. Inter lilybeū et pelorida Manozin' / et Zmera. Interius vero Leontini et ceturipinū ⁊ hybla: alieq; cōplures. Famā habet ob Cereris tēpluz etna p̄cipua montiū. Eryx maxime memorat' ob delubzū veneris ab Alenea cōditū. et etna que cyclopas oliz tulit: nūc assiduīs ignibus flagrat. De omnibus Zmera referēdus: quia ī media admodū ortus in diuersa decurrit: scindēsq; eam vtrinq; alio ore in libycū alio in tuscū mare deuenit. Circa Siciliam ī siculo freto est Alcee: quā Calypso habitasse dicit'. Africaz versus caulos. melita. cosura. Propius italiā galaça. et ille septē:

Sicilie vrbes.
Aretusa.
Alpheus.

Agragas.

Hybla.

Aetna.

Erix.

Zmera.

Calypso.

quas eoli appellant osteodes. Lipara. herate.
tea. didyma. phoenicussa. ericussa. Aetna p
petuo flagrat igne. hiera et strongyle et pi
thecussa. Leucothea enaria. Sidonia. cape.
proclyta. Montie. Mandatoria. Sinonia.
Pharmaria Italico lateri citra tyberina hos
tia iacēt. Ultra aliquot sunt parue dianiū.
Aginiū. carbania. vrgo. Glua. caparia. Bue
grandes fretoqz diuise ethrusco. quarum cor
sica littori propior inter latera tenuis et lon
ga preter q̄ vbi aperta: et mariane colonie
sunt. Al barbaris colitur Sardinia africanum
pelagus attingens: nisi q̄ in occidentem q̄ in
orientem angustius spectat: par et quadrata
vndiqz et nusq̄ non aliquanto spatiosior: q̄
vbi longissima est / corsica. Ceterū fertilis et
soli q̄ celi melioris: atqz vt fecunda ita pene
pestilens. In ea antiquissimi populoz sunt
Thienses. Urbium antiquissime Calaris: et
sulci. At in gallia quas referre cōueniat sole
sunt Stoechades ab ora ligurū ad Massiliā
vsqz disperse. Baleares in hispania cōtra tar
raconencia littoria site nō longe inter se di
stant. et ex spatio sui cognominibus accep
tis maiores minoresqz phibent. Castella sūt
in minorib' Samo. et Mago. In maiorib'
pma: et polentia colonie. Ebusos e regione

e. ij.

Aeolie septem.

Corsica.

Sardinia.

Stoechades.

Baleares:

Ebusos.

promōtorij: qđ in supronēsi sinu Ferzariam
vocāt: eodē nomine vrbē habet: frumētis tā
tum nō fecūda. ad alia largior: et omniū ani
maliū: que nocēt: adeo expers: vt nec ea qui
dē que de agrestibus mitia sūt: aut generet:
aut si iuncta sunt sustineat. Cōtra ē Colubra
ria cuius meminisse succurrit: qđ cuz scateat
multo ac malefico genere spētū et sit ideo i/
habitabilis: tamē igressis eā intra id spatiū.
qđ Ebusitana humo circūsignauerūt: sine p
nicie et tuta ē: ijsdē illis spētibus: qui solent
obuios appetere: aspectū eius pulueris ali/
udue qđ verius / pcul et cum pauore fugien/
tibus.

Mōponij Delle cosmographi liber tertius.

o **I**cta est ora nostri
maris. dicte insule / quas am
plectit. restat ille circuitus:
quē vt initio diximus: cingit

oceanus ingēs et infinitū pelagus et magnis
estibus concitum / ita enim motus eius ap/
pellant / modo inundat campos. modo late
nudat ac refugit. nunc alios aliosqz inuicē /
neqz alternis accessibus nūc in hos: nunc in
illos ipetu versum: sed vbi in omnia littoza:
quīs diuersa sint terraz isularūqz ex medio

Colubaria.

**Ebusitane terre.
vis miranda.**

Oceanus.

Aestus.

pariter effusum est: Rursus ab illis colligitur.
in medium et in semetipsum redit. tanta vi
semper imissum: ut vasta etiam flumina re/
troagat: et aut terrestria deprehēdat anima/
lia: aut marina destituat. neq; adhuc satis
cognitum est anhelitu ne suo id mundus effi/
ciat: retractāq; cum spiritu regerat vndam
vndiq;: si ut doctioribus placet: vnū animal
est: an sint depressi aliqui specus: quo recip/
ca maria residant: atq; vnde se rursus exube/
rantia attollant: an luna causas tantis mea/
tibus p̄beat. Ad ortus certe eius occasusq;
variantur: neq; eodē assidue tempore: sed ut
illa surgit ac demergitur: ita recedere atq;
aduentare cōperimus. huc egressos sequen/
tesq; ea: que exeūtibus dextra sunt: equor at/
lanticū et ora betice frontis excipit: que nisi
q̄ semel iterumq; paululū in semet abducit:
vsq; ad fluiū anam pene recta est. Turduli
et bastuli habitāt. In proximo sinu portus
est: quem gaditanum: et lucus quē oleastrū
appellant. Tum castellum Eboza in littoze.
et procul a littoze asta colonia. extra Juno/
nis ara templumq; est. In ipso mari mo/
numentum Beryonis scopulo magis q̄ in/
sule impositus. Betis ex terzaconensi regio/
ne demissus per hanc fere mediam diu: sicut
E. iij.

Clarie de oceani
estu opiniones.

Anas fluius.
Turduli. Bastuli.
Gaditanus portus
Eboza castellum.
Asta colonia.

Betis.

nascitur: vno amne decurrit. post vbi nō lon-
ge a mari grandem lacum facit: quasi ex vno
fonte geminus exoritur: quantusq; simplici
alveo venerat: tantus singulis effluit. Tum
sinus alter vsq; ad fines prouincie inflectit:
eumq; parua oppida olitingi. onolapa cō-
tingūt. At Lusitania trans anam qua mare
atlanticum spectat: primum ingenti impetu
in altum abit: deinde resistit: ac se magis etiā
q̄ betica abducit. quia prominet bis in semet
recepto mari: in tria promontoria dispergi-
tur. Ane proximus quia lata sede procurrens
paulatim se ac sua latera fastigiat: cuneus
ager dicitur. sequens sacrum vocant. mag-
num quod vltimus ē. In Cuneo sunt Dir-
tilibatio. ossonoba. In sacro latobrigal et
portus Annibalis. In magno eboza. Sinus
intersunt: et est in proximo Salacia. In al-
tero vlyssipo. et tagi ostiū annis aurū gem-
masq; generātis. Ab ijs pmontorijs ad illā
ptem: que recessit: ingēs flexus aperitur. In
eoq; sunt Turauli veteres: turdulorūq; op-
pida. amnes autem in medium fere Munda
vltimi promōtorij latus effluens: et radices
eiusdē abluēs Burius. frons illa aliquādiu
rectam ripā habet: deinde modico flexu ac-
cepto mox paulū eminet: tum reducta iterū

Lusitania.

Tria lusitanie
promontoria.

Cuneus.

Sacrū. Magnū

Tagus.

Munda fluius.

Burius.

iterumq; recta margine iacens ad promon-
torium: quod celticum vocamus: extendit.
totam celtici colunt: sed a durio ad flexum
groni. fluuntq; per eos Quocelandus. De-
bis. Minius et cui obliuionis cognomen est
Limia. flexus ipse Lambriacam urbem am-
plexus recipit fluuios. leros: et illam partē:
que prominet: presamarchi habitant: perq;
eos Tamaris et sars flumina non longe or-
ta decurrunt. Tamaris secundum Eboza pō-
tum. Sars iuxta turrem Augusti titulo me-
morabilem. cetera super Tamarici neriq; in-
colunt in eo tractu vltimi. Hactenus enim
ad occidentem versa littoza pertinent: dein-
de ad septentriones toto latere terra conuer-
titur. a celtico promontorio ad scythicum
vsq; perpetua eius ora: nisi vbi modici reces-
sus ac parua promōtoria sunt. ad cātabros
pene recta est. In ea primum artabri sunt.
et Janasuz celtice gētis. deinde astures. In
artabros sinus ore angusto admixtū mare/
non angusto ambitu excipiens adrobicum
urbem et quattuor annium ostia incingit.
duo etiam inter accolentis ignobilia sunt. p-
alia Bucamaris exit in libyca. In asturum
littoze noeta est oppidum: et tres are: quas
sestianas vocant: in peninsula sedent: et sunt
e. iij.

Groni.

Limia obliuionis
fluuius.

Leros.

Tamaris.

Turris augusti.

Artabri.

Astures.

Bucamaris.

Noeta oppidum.

Sestiane are.

augusti nomine sacre: illustratq; terras an-
te ignobiles. at ab eo flumine: quod salia vo-
cant: incipiunt ore paulatim recedere: et late
adhuc hispanie magis magisque spatia contra-
here: vsq; adeo semet et terras angustatib;
ut earum rerum spatium inter duo maria di-
midio minus sit: qua Galliam tangunt: quæ
ubi ad occidentem littus exorrigunt. Tractum
Cantabri et Carduli tenent. Cantabrorum aliquot
populi amnesq; sunt: sed quorum nomina
nostro ore concipi nequeant. Dereundi. et sa-
lenos. sauriu. Per auriginos et orgenomes
quosdam nasa descendit: et deuales tritono-
belunte cingit: et detu. aturia sonans. Sau-
so. et magrada. Carduli vna gens hinc ad
pyrenei iugis promontorium pertinens clau-
dit hispanias. Sequitur gallie latus alterum:
cuius ora primo nihil progressa in altum: mox
tantumdem pene in pelagus excedens quantum
retro hispania abscesserat: cantabricis fit ad-
uersa terris: et grandi circuitu afflexa ad oc-
cidentem littus aduertit. Tunc ad septentri-
ones conuersa iterum longo rectoque trac-
tu ad ripas rheni amnis expanditur. Ter-
ra est frumenti precipue et pabuli ferax et
amoena lucis immanibus. quicquid ex sa-
tis frigoris impatiens est: ager nec ubiq; alit.

Cantabri.
Carduli.

Gallia.

et noxio genere animalium minime frequens.
Bentes superbe, superstitiose, aliquando etiam immanes adeo: ut hominem optimam et gratissimam diis victimam crederent, manent vestigia veritatis iam abolite: atque ut ab ultimis cedibus temperat: ita nihilominus ubi devotas altaribus admoveere/ delibant, habent tamen et facundiam suam: magistrosque sapientie dryudas. Hi terre mundi que magnitudinem et formam, motus celi et siderum/ ac quid dii velint: scire profitentur, docent multa nobilissimos gentis clam et diu vicenis annis in specu/ aut in abditis saltibus, unum ex iis que precipiunt: in vulgus effluxit: videlicet ut forent ad bella meliores/ eter nas esse animas/ vitamque alteram ad manes, itaque cum mortuos cremant ac defodiunt: ap ta viventibus olim negotiorum ratio etiam et exactio crediti deferrebat ad inferos: erantque qui se in rogos suorum velut una victuri libenter immitterent. Regio quam incolunt omnis comata gallia. Populorum tria summa nomina sunt: terminaturque fluvijs ingentibus, nam a pyreneo ad garumnam aquitania, ab eo ad sequanam celte, inde ad rhenum pertinet Helge. Aquitanorum clarissimi sunt ausci Celtarum hedni, Belgarum treveri, Cirbesque

Gallozum mores

Bryude.

*hos loco Carminis
Lucanus in primo
Cecinit.*

*Cesar in Comentarijs
L. 6.*

Comata gallia,
Gallie divisio.

**Gallie vrbes opu/
lentissime.
Barumna.**

Antros.

Dozini.

opulentissime in treueris augusta. In hedu
is augustudunū. In auscis heliumberum.
Barumna ex pyreneo monte delapsus nisi
cum hyberno imbze aut solutis niuibz in/
tumuit: diu vadofus/ et vix nauigabilis fer/
tur. Est vbi obuius oceani exestuantis accessi
bus adauctus est: iisdemqz retro remeātibz
suas illiusqz aquas agit: aliquantū plenior/
et quāto magis pcedit: eo latior fit. ad postre
mum magni freti similis nec maiorā tantuz
nauigia tolerat: verum etiam more pelagi
seuientis exurgens iactat nauigantes/ atro/
citer utiqz: si alio ventus alio vnda p̄cipitat.
In eo est insula Antros nomine: quam pen
dere et attolli aquis increscētibz ideo incole
existimant: quia cum videatur editior aquis
obiacet: vbi se fluctus impleuit illaz operit:
nec vt prius tantū ambit: et q̄ ea quibus an
te ripe: collesqz ne cernerentur obstiterant:
tunc velut ex loco superiore perspicua sunt.
A Barumne exitu latus illud incipit terre
procurrentis in pelagus: et ora cantabricis
aduersa littoribus alijs populis media eius
habitantibus/ ab santonis ad osismos vsqz
deflexa. Ab illis enim iterū ad septētriones
frons littorū respicit: p̄tinentqz ad vltimos
gallicarū gentiū Dozinos: nec portuz quez

gesoziciacum vocant: quicquid habent notius.
Rhenus ab alpibus decedens prope a capite
duos lacus efficit venetum et acromum. mox
diu solidus: et certo alveo lapsus haud pro-
cul a mari huc et illuc dispergitur: sed ad si-
nistrum amnis etiam tum et donec effluat
Rhenus ad dexteram primo angustus et sui
similis. post ripis longe ac late recedentibus
iam non amnis sed ingens lacus ubi campos
implevit fleuo dicitur: eiusdemque nominis in-
sulam amplexus fit iterum arctior: iterumque
fluvius emittitur.

Germania hinc ripis eius usque ad al-
pes. a meridie ipsis alpibus. ab oriente
sarmaticarum confinio gentium. qua septen-
trionem spectat: oceanico litore obducta est.
Qui habitant imanes sunt animis atque cor-
poribus: et ad insitam feritatem vaste utraque
exercent. bellando animos. corpora ad consue-
tudines laborum maxime. frigora nudi agunt:
antequam puberes sint. et longissima apud eos
pueritia est. viri sagis velantur aut libris arbo-
rum. quibus seua hyemenandi non patientia tantum
illis. studium etiam est. bella cum finitimis gerunt.
causas eorum ex libidine accersunt: neque imperandi
placandi que possident. Nam ne illa quidem eni-
xe colunt: sed ut circa ipsos que iacent vasta

Rhenus.

Germania.

**Germanorum
mores.**

sint. Jus in viribus habent adeo: vt ne la-
trocinij quidez pudeat: tantum hospitibus
boni. mitesq; supplicib'. victu ita asperi in-
cultiq; vt cruda etiam carne vescantur. aut
recenti aut cum rigentem in ipsis pecudum
ferarūq; corijs manib' pedibusq; subigēdo
renouarūt. Terra ipsa multis impedita flu-
minibus. multis mōtib; aspera et magna
ex parte syluis ac paludibus inuia. Paludū
Suesia. Mesia. et melsiagū maxime. Sylua-
rum hercynia et aliquot sunt: que nomē ha-
bent: sed illa dieꝝ sexaginta iter occupās vt
maior alijs/ita et notior. Montiū altissimi
Taunus et Rhetico: nisi quorū nomina vix
est eloqui ore romano. Amniū in alias gētes
exeuntiū Banubius et Rhodanus. In Rhe-
nus moenis et lupia. In oceanū amisius vr-
gis et albis clarissimi. Sup albin codanus
ingēs sinus magnis puīsq; insulis refertus
est. Alcre mare quod gremio littoꝝ accipit:
nusq; late patet nec vsq; mari simile: verum
aquis passis interfluētib': ac sepe trāsgressis
vagū atq; diffusum facie amniū spargit. qua
littoꝝa attingit ripis contentum insularum
nō longe distantibus ⁊ vbiq; pene tantūdē:
vt angustū ⁊ par fretu/curuanisq; subinde se
longo supcilio inflexū est. In eo sunt imbrī

Hercynia sylua.

Taunus.

Banubius.

Rhodanus.

Amisius fluuius.

Albis.

⁊ teutoni. ultra vltimi germanie hermones.
Sarmatia itus q̄ ad mare latior. ab ijs que
sequuntur insula amne discreta. qua retro
abit vsqz ad Istrum flumen immittit. gens
habitu armisqz parthice proxima: verum vt
celi asperioris / ita ingenij. non se vrbibus te-
nent / et ne statis quidem sedibus. vt inuita-
uere pabula. vt cedens et sequens hostis ex-
igit / ita res opesqz secū trahens semp castra
habitat bellatrix. libera indomita. et vsqz eo
īmanis atqz atrox: vt foemine etiam cum vi-
ris bella ineāt: atqz vt habiles sint: natis sta-
tim dextra aduritur māma. Inde expedita
ī ictus manū / que exeritur. virile fit pectus.
arcus tēdere. equitare. venari puellaria pē-
sa sunt. ferire hostem adularū stipendiū est:
adeo vt non percussisse pro flagitio habeat.
sitqz eis poene virginitas. Inde asie cōfinia
nisi vbi perpetue hyemes sedent et intolera-
bilis rigor / scythici populi incolūt fere om-
nes etiā ī vnū Belge appellati. In asiatico
littoze primi hyperbozei super aquilonem
Rhipheosqz montes sub ipso siderum cardo-
ne iacent: vbi sol non quottidie vt nobis: sed
primum verno equinoctio exortus autum-
nali demum occidit. ⁊ ideo sex mensibus di-
es: ⁊ totidē alijs nox vsqz cōtinua est. Terra

Teutoni.

Sarmatia.

Sarmatarū mores.

Hyperbozei.

**Hyperboreorum.
mores.**

Caspium mare.


**Scythe nomades.
Caspii. Amagones.**

Albani.

angusta. aprica. p se fertilis. cultores iustissimi: et diutius / q̄ vlli mortaliū / et beatius viuunt: Quippe festo semp otio leti. nō bella nouere. non iurgia. sacris operati maxime apollinis: quorum primitias delon misisse initio per virgines suas: deinde per populos subinde tradētes vlterioribus: moremqz eū diu et donec vitio gentium temperatus est: seruasse referūtur. habitant lucos syluasqz. et vbi eos viuēdi satietas magisqz tedium cepit: hilares redimiti fertis semetipsi in pelagus ex certa rupe precipiti dant. Ad eis funus eximium est. Mare caspiuz vt angusto / ita longo etiaz freto primū terras quasi fluiuius irrupit: atqz vbi recto alueo ifluxit: in tres sinus diffunditur contra os ipsuz in hyrcanum. ad sinistram in scythicū. ad dexteram in eum quem proprie et totius nominis caspium appellant. omne atrox. seuum. sine portibus. procellis vndiqz exposituz / ac belluis magis q̄ cetera refertū: et ideo min⁹ nauigabile. ad introeuntiū dextram scythe nomades freti littoribus insidēt. Intus sūt ad caspium sinum caspij et amagones: sed quas sauromatidas appellant. ad hyrcanū Albani. et Dolchi. et hyrcani. in scythico amerdi et pestici. etiā ad fretū obzices. multi i

eo sinu magni paruiq3 amnes fluunt: sed qui
famam habent ex ceraunis montibus vno
alueo descendit duobus exit in caspium ara
res tauri latere demissus. quo ad campos
Armenie secat: labitur placidus ⁊ silēs / neq3
in vtram partem eat: q̄q̄ intuearis / mani/
festus. cū i asperiora deuenit hinc atq3 illinc
rupibus pressus: et quanto angustior / tanto
magis pernix. frāgit se subinde ad opposita
cautum atq3 ob id ingenti cū murmure so/
nansq3 deuoluitur adeo citus: vt qua ex pre/
cipiti casurus est: in subiecta nō declinet sta/
tim vndā: sed ultra q̄ canales habet / euehat
plus iugeris spatio sublimis / et aquis pendē
tibus semet ipsum sine alueo ferens. deinde
vbi incuruus arcuatoq3 amne descendit: fit
tranquillus iterumq3 per campos tacitus ⁊
vix fluens. In id littus elabatur cyrus et cā
byfes ex radicibus corsici montis vicinis edi
ti: et in diuersa abeunt perq3 hiberas et byr/
canos diu et multum distantibus alueis de
fluunt. post non longe a mari eodem lacu ac
cepti in byrcanū sinuz vno ore perueniunt.
Laxartes et oxos per deserta scythie ex sur/
dianoꝝre gionibus i scythicū exeūt. ille suo
fonte grandis. hic incurfu aliorum grandior
et aliquandiu ad occasuz ab oriente occurrēs

Araxes.

Jugaris.  no.

Cyrus. Cambyses.

Laxartes. Oxos.

Ligres.

iuxta dacas primum inflectitur / cursuq; ad
septentrionem conuerso inter amardos et
pelicafos aperitur. Sylue alia quoq; dira
animalia verum et tigres ferunt / utiq; hyr/
canie seuum ferarum genus / et vsq; eo per/
nix: vt illis longe quoq; progressus equitem
consequi: nec tantum semel: sed aliquotiens
etiaz / cursu vnde coeperit / subinde repetito:
solitus ⁊ facile sit. Causa ex eo est: q; vbi ille
interceptos earum catulos citus coepit auer-
tere: et rabiem appropinquantium frustra-
turus / astu vnum de plurib' omittit. he pro-
iectum accipiunt: et ad cubilia sua referunt:
rursumq; et sepius remeant atq; idem effi-
ciunt: donec ad frequētiora q̄ adire audeāt:
profugus raptor euadat. Ultra caspiū sinū
quidnam esset / ambiguum aliquandiu fuit.
Idem ne oceanus an tellus infesta frigorib'
sine ambitu: ac sine fine proiecta. sed preter
physicos homerumq; qui vniuersum orbē
mari circūfusum esse dixerunt: Cornelius ne-
pos / vt recentior auctoritate: sic certior. testē
autem rei. **D. Metellum** celerem adiicit:
eūq; ita rettulisse cōmemorat. Cū **Hallijs**
procōsul preesset / indos quosdā a rege boio/
rum dono sibi datos: vno ī eas terras deue-
nissent requirendo / cognosse vi tempestatū

Homerus.

Physici.

Corneli' Nepos.

D. Metellus.

Celer.

ex indicis equorib⁹ abreptos emēfosq³ : que
intererant / tandem in germanie littoza exiif
se. Restat ergo pelagus. sed reliqua lateris e
iusdem assiduo gelu durantur : et ideo deser
ta sunt. His oris quas angulo betice adhuc
usq³ perstrinximus multe ignobiles insule. et
sine nominibus etiam adiacent : sed earum
quas preterire non libeat : gades fretum atti
git / eaq³ a continenti angusto spatio et velu
ti flumine abscisa. qua terris ppior est pene
rectam ripam agit. qua oceanum spectat du
obus promontorijs euecta in altum medius
littus abducit. et fert in altero cornu eiusde
nominis urbem opulentam. in altero tem
plum egyptij **Herculis** conditoribus. religi
one. vetustate. opibus illustre. Tyrij conditō
re. cur sanctum sit / ossa eius ibi sita efficiūt.
annorum quis manet ab iliaca tēpestate pri
cipia sunt. opes tempus aluit. In Lusitania
erythia : quas geryone habitatam accepim⁹ :
alieq³ sine certis nominibus adeo agri ferti
les : vt cum semel sata frumenta sint : subind
recidiuis seminibus segetem nouantibus sep
tem minime inter plures etiā messes ferant
In celticis aliquot sunt : quas quia plumbo
abundant vno omnes nomine cassiteridō ap
pellant. Sena in britannico mari osismicis
.f.

Gades.

Herculis templū.

Erythia Geryonis

**Mira agrorum
fertilitas.**

**Cassiterides vnde.
Sena.**

**Gallicene anti/
stites.**

aduersa littoribus gallici numinis oraculo i
signis est: cuius antistites perpetua virginitate
sancte numero nouem esse traduntur. Galli
cenas vocat: putatq; ingenijs singularib' p
ditas: maria ac ventos concitare carminib' z
Seq; in que velint animalia vertere. sanare:
que apud alios insanabilia sunt. scire ventu
ra et predicare: sed non nisi deuita nauigantib' /
et in id tantum: vt se consuleret / pfectis.

Britannia.

b ritania qualis sit: qualesq; pgeneret:
mox certiora et magis explorata dicen
tur. Quippe tam diu clausam aperit ecce prin
cipum maximus nec indomitarius modo ante
se / vex ignotarum quoq; gentium victor / prop
arum rerum fide vt bello affectauit ita trium
pho declaraturus portat: Leterus / vt adhuc
habuimus: inter septentrionem occidentemq;
proiecta gradi angulo rheni ostia prospicit.
deinde obliqua retro latera abstrahit. altero
gallias. altero germaniam spectans. tuz rur
sus perpetuo margine directi littoris ab ter
goze abducta / itez se in diuersos angulos cu
neat triquetra et Sicilie maxime similis. pla
na. ingens. secunda / vex ijs que pecora: q; ho
mines benignius alant. Fert nemora. saltus
ac pgrandia flumina alternis motib' modo
in pelagus / modo retro fluentia: et quedam

gemmas margaritasq; generantia. Fert po-
pulos regesq; populorū: sed sunt inculti om-
nes: atq; vt longius a continenti absunt: ita
aliarū opum ignari magis. tantū pecore ac
finibus dītes: incertum ob decorem / an quid
aliud vltro corpora infecti. Causas autez et
bella contrahunt: ac sic frequenter inuicē in-
festant / maxime imperitandi cupidine studi-
oq; ea prolatandi: que possident. Bimicant
non equitatu modo aut pedite: verum et bi-
gis et curribus gallice armati. Louinos vo-
cant: quorum falcatis aribus vtuntur. Sup
britāniā iuerna est: pene par spatio: Sed v-
trinq; equalis. tractu littoꝝ oblonga. celi
ad maturanda semina iniqui. verū adeo lux-
uriosa herbis nō letis modo: sed etiam dul-
cibus: vt se exigua pte diei pecora impleant:
et nisi pabulo prohibeant / diutius pasta dissi-
liant. Cultores eius incōditi sunt & omnium
virtutū ignari q̄ alie gentes / aliquatenus ta-
men gnari. pietatis admodum expertes. Tri-
ginta sunt orchades angustis inter se ducte
spatijs. Septē hemodes contra germaniam
vecte in illo sinu: quem codanū diximus. Ex
ijs Codanonia quas adhuc Teutoni tenent:
et vt fecūditate alias: ita magnitudine ante stat
Que Sarmatis aduersa sunt ob alternos
f. ii.

Britānoꝝ mores.

Picti Britanni.

Louini.

Iuerna.

Orchades.

Hemodes.

Codanonia.

accessus rursusque pelagi et quot spatia quis
distat: modo opreuntur undis: modo nuda
sunt. alias insule videtur: alias una et continens
terra. In his esse ceneas: qui ouis auium pa-
lustrium: et auenis tantum alantur. esse equi-
nis pedibus hippopodas: et Satmalos quibus
magne aures et ad ambiendum corpus omne
patule: nudis alioqui pueri sunt propter quod
fabulis traditur auctores etiam quos sequi non
pigeat inuenio. Tyle belgarum littori apposita
est graijs et nostris celebrata carminibus. In
ea quod sol longe occasurus exurgit breues uti-
que noctes sunt: sed per hyemem sicut alibi obscu-
re. estate lucide: quod per id tempus iam se altius
euehens: quod ipse non cernatur: vicino tamen
splendore proxime illustrat. per solsticium ve-
ro nullus: quod tum iam manifestior non fulgore
modo: sed sui quoque partem maximam ostendat.
Talge in caspio mari sine cultu fertilis: omni
fruge ac fructibus abundans. Sed vicini popu-
li que gignuntur attingere nefas: et pro sacrile-
gio habent: dijs parata existimantes: dijsque ser-
uanda. aliquot et illis oris: quas desertas di-
ximus: eque deserte adiacent: que sine proprijs
nominibus scythicas vocant. Ab ijs in eorum re-
cursus inflectitur inque oras terre spectantis
orientem pertinet. hec a scytico promontorio

Hippopodes.
Satmali.

Tyle.

Talge.

Scythice insule.

apposita primum omnis que est inuia / deinde
de ob imanitatem habitantibus inculta. Scy
the sunt androphage et sage distincti regione:
quia feris scatet: inhabitabili. vasta deinde ite
rum loca bellue infestant: vsq; ad montē ma
ri imminentem nomine thabim. Lōge ab eo
Taurus attollit. Seres intersunt genus ple
num iustitie et commertio: q̄ rebus in solitu
dine relictis absens peragit.

n **O**ttissima India non eoo tātum appo
sita pelago: sed et ei quod ad meridies
spectans indicum diximus: et hinc tauri iu
gis. ab occidente inde finita / tantum spatium
littoris occupat quātum per sexaginta dies
noctesq; velificantibus cursus est. Ita mul
tum a nostris abducta regionibus: vt in ali
qua parte eius neuter septentrio appareat:
aliterq; q̄ in alijs oris vmbre rerū ad meri
diem iacent: Leterum fertilis: et vario gene
re hominum aliorūq; animalium scatet. Allit
formicas non minus maximas canib: quas
more gryphoz auruz penitus egestū cū sum
ma pernicie attingētū custodīr cōmemorāt
Immanes et serpentes aliqui: vt elephātes
morsu atq; ambitu corporis afficiant. tam
pinguis alicubi et tam feracis soli: vt in ea
mella frōdibus defluant. lanas sylue ferāt.

.f. iij.

Taurus.
Seres.

India.

Formice canibus
pares.

Mira Indie vber
tas.

Indorum mores.

arundinū fissa internodia veluti nauitas bi-
nos et quedam ternos etiā vehāt. Cultorū ha-
bitus moresq; dissimiles. Lino alij vestiunt
aut lanis: quos diximus. alij ferarū auiūq; pelli-
b⁹. pars nudī agūt. p̄s tantū obscena velati.
alij humiles paruiq;. alij ita p̄ceri et corpo-
re ingētes: vt elephātis etiā et ibi maximis/
sicut nos equis / facile atq; habiliter vtātur.
Quidā nullū animal occidere. nulla carne
vesci optimū existimant. Quosdam tantum
p̄sces alunt. quidam proximi parentes prius
q̄ annis aut egritudine in maciem eant: vel
ut hostias cedunt: cesorūq; viscerib⁹ epulari
fas et maxime p̄ium est. At vbi senectus aut
morbus incessit: p̄cul a ceteris abeūt: mortē
q; in solitudine nihil anxij expectant: pruden-
tiores / eis quibus ars studiū sapientie cōtin-
git: non expectant eam: sed ingerendo semet
ignibus leti et cum gloria arcessunt. Urbū
quas incolunt: sunt autē plurimē. Mysa ē
clarissima et maxima: montius Meros Iou-
is sacer. famam hinc precipuā habent. in illa
genitus. In huius specu liberū arbitranē es-
se nutritus. vnde grecis auctorib⁹: vt femori
Iouis insutus dicerent: aut materia ingessit:
aut error: oras tenēt ab Indo ad gangē Ma-
libotri. a gange ad solida Mysij. vbi magis

**Summa ad mortē
alacritas.**

Mysa. Meros.

**Ubi liber pater na-
tus nutritusq;.**

¶ ubi habitetur: exestuat. atre gētes. et quo/
dāmodo ethiopes. ab iolide ad cudum recta
sunt littoza: timidiqz populi et marinis opi/
b' affati dices. Tamos promōtoziū est: quod
Taurus attollit collis alterius partis angu/
lus inītiūqz lateris ad meridiē versi. Gāges
7 Ind' amnes. ille multis fontib' i hemo me/
die mōte cōceptus: simul vnū alueū facit: sit
omniū maximus 7 alicubi latius. quādo an/
gustissime fluit/decem milia passuū patens.
in septem ora dispergitur. Indus ex monte
caroparnasso exortus/et alia quidē flumina
admittit: Sed clarissima copez. agasinū. hy/
daspen: conceptāqz pluribus alueis vndā la/
to spatio trahit. hinc pene gangē magnitudi/
ne exequat. Post ubi aliquot sepe magnis
flexibus cingit iuguz ingens/ iterum rectus
solidusqz descendit: donec ad leuaz dextrāqz
se diducens duobus ostijs lōge distantib' exe/
at. ad Tamū insula est chryse. ad gangem ar/
gyre. altera aurei soli/ita veteres tradidere/
altera argētei. atqz ita/ut maxime videt: aut
ex re nomē/aut ex vocabulo fabula est. Tap/
bane aut grandis admodum insula/aut pri/
ma ps orbis alterius: hyparchus: dicit: sed
quia habitat nec quisqz circū eaz esse tradit:
prope veruz est. Contra inde illa ostia sunt:
f. iiii.

Tamos.

Ganges.

Indus.

Hydaspes.

Chryse.

Argyre.

Taprobane.

Solis ostia.

**Tubero et Arusa/
ces flumina.
Rubrum mare.**

**Sinus persicus: et
Arabicus.**

que vocat solis adeo inhabitabilia: vt ingres-
sos vis circūfusi aeris exanimet cōfesti: ⁊ in-
ter ip̄a ostia rara tenet regio ob est̄ intoler-
biles alicubi cultorib⁹ egēs. In̄d̄ ad p̄icipia
rubri maris pertinet ipsa inuia: atq; d̄serta.
humus cineri magis fit q̄ pulueri similis. ⁊
deoq; per eam rara: et non grandia flumina
emanant: quorum Tuberonem et Arusacez
notissima accipimus. Rubrum mare greci si-
ue quia eius coloris ē: siue quia ibi Erithras
regnavit: Erythram thalassam appellant p̄
cellosū: asperū: mare p̄fundū ⁊ magnorum
animaliū magis q̄ cetera capax: primo rece-
dentis oras equaliter impellit: Et vt non in-
tret interius aliquantuz patens sinus erat:
Sed quas ripas inflexerat: bis irrūpit: duos
q; itez sinus aperit persicus vocatur: dictis
regionibus p̄prior: arabicus vltior. Persi-
cus qua mare accipit vtrinq; rectis laterib⁹
grande ostium quasi ceruice cōplectitur. Be-
inde terris in omnem partē vaste ⁊ equa por-
tione cedentib⁹ magno littoꝝ orbe pelagus i-
cingens reddit formaz capitis humani. Ara-
bici et os arctius et latitudo minor ē. maior
aliquanto recessus et multo magis lōga late-
ra in it̄ penitus: Introꝝsusq; duꝝ egyptū pene
et montez arabie Casium attingit: quodā fa-

stigio minus/ac minus latus: Et quo magis
penetrat angustior. Ab ijs que dixim': ad si-
nũ psicũ: nisi vbi chelonophagi morant': d'f' ta-
sunt. In ipso Carmanij nauigatiũ d'xtera po-
siti sine veste ac fruge, sine pecore ac sedibus.
pisciu' cute se velant, carne vescunt', preter ca-
pita toto corpore hirsuti. Interiora Cedrosi-
si, dehinc Perse habitant. Setis per carma-
nios, supra sandis et coros effluũt. In parte
que pelagi ostio aduersa e' / babylonioꝝ fines
chaldorũq; sunt, et duo clari amnes, Tigris
persidi propior, vlterior Euphrates. Tigris
vt natus est ita descendens vsq; ad littora p-
meat, Euphrates imani ore ap'to nõ exit tan-
tũ vnde oritur: sed et vaste quoq; decidit: nec
secat continuo agros late diffusus in stagna
diu sedẽtib' aquis piger ⁊ sine alueo patulis
post vbi marginez rupit: vere fluuius accep-
tisq; ripis celer et fremens per armenios et
cappadocas occidentem petit: ni taurus ob-
stet in nostra maria venturus. Unde ad meri-
diẽ auertitur: et primũ syros, tum arabas i-
gressus / nõ perdurat in pelagus: verũ ingẽs
modo et nauigabilis, inde tenuis riuus des-
pectus emoritur: et nusq; manifesto exitu ef-
fluit: vt alij amnes: sed deficit, alterũ latus
ambit plaga: que iter vtrũq; pelagus excur-

Chelonophagi.
Carmanij.

Cedrosi.
Setis.
Sandis.

Tigris.
Euphrates.

Arabia Eudemon.

Sabei.

Ogyris.

Erythra rex.

Arabie vrbes.

Manchei.

Ophiophagi.

Pygmei.

rit arabia dicitur: cognomen eudemō / angu-
sta verū cinnami et thuris aliorūq; odorum
maxime ferax. Maiorē sakei tenēt ptē ostio
primā et carmanijs contrariā magne fron-
tē: que inter ostia ostēditur sylue cautesq; ex-
aspant. aliquot sunt in medio insul site. Ogy-
ris q; in ea Erythre regis monumētū est ma-
gis clara: q; cetera. alter sinū vndiq; arabes
incingunt ab ea parte: que introeūtibus dex-
tra est. Vrbes sunt Lara et arabia et gada-
mus. In altera ab intimo angulo prima be-
ronice inter hieropoliticū: et scrobilū. Dein-
de inter pmontoria moronenon: et collaca-
philopetris: et phiomalis vltra arsinoe / et a-
lia heronice. Tuz silua que hebenū odoresq;
generat: et manufactus amnis. Ideoq; refe-
rēd: q; ex nili alueo, diorige adductus extra
sinū vey inflexu tamē et non rubri maris ps-
bestijs infesta: ideoq; defta ē. Partē panchei
habitāt hi quos ex facto: quia serpentib; ves-
cūt ophiophagos vocāt. Fuere interius pyg-
mei minutū genus: et q; p satis frugibus cō-
tra grues dimicando defecit. sunt multa vo-
lucrū: multa serpentū genera. De serpentib;
memorandi maxime / quos puos admodū et
veneni p̄sentis certo anni tēpore ex limo con-
cretaz paludiū emergere in magno examine

volantes egyptū tendere: atq; in ipso introi-
tu finiū ab auibus: quas ibidas appellāt: ad-
uerso agmine excipi pugnasq; cōfici traditū
est. De volucris precipue referenda phoe-
nix semp vnica. nō enī coitu concipit partu-
ue generatur: sed vbi quingētoꝝ annoꝝ euo
perpetua durauit sup exaggeratā varijs odo-
ribus struē sibi ipsa incubat / soluiturq;: din-
de putrescentiū mēbroꝝ tabe concrescens ip-
sa se cōcipit: atq; ex se rursus renascitur. cū
adoleuit ossa p̄stini corporis inclusa myrrha
egyptū exportat: atq; in vrbē: quā solis ap-
pellāt: fragrantib' nardo bustis inferēs me-
morando funere consecrat. Ipsuz p̄monto-
riuz: quo id mare clauditur a ceraunis salti-
bus: inuiū est. Aethiopes ultra sedent. De-
roeni habēt terrā quā Nilus primo ambitu
amplexus insulā facit. pars quia vite spatiū
dimidio fere: q̄ nos lōgius agunt / macrobij.
pars quia ex egypto aduenere dicti Automole.
pulcri forma et qui corporis parūq; vene-
ratiores veluti optimaruz alij virtutū. In il-
lis mos est cui potissimū pareant spetie ac vi-
rib' legere. apud hos plus auriz: q̄ persis ē.
Ideo quod minus est: p̄ciosius cēsant. ere ex
ornantur. auro vincula sonitū fabricāt. Est
locus appatis epulis semp refertus: et quia:

Serpentes alati.
Ibides aues.

Phoenix auis sem-
per vnica.

Aethiopes.
Deroe.

Macrobij.
Automole.

Aethiopū mores.

Mensa solis.

**Mira lacus na-
tura.**

**Lycaones.
Spingas.**

**Hanno carthagi-
nensis.**

Eudoxus.

Cornelius nepos.

vt libet vesci volētib' licet: heliu trapeçã ap-
pellât. et que passim apposita sunt: affirmât
innasci subinde diuinitus. Est lacus quo per-
fusa corpora quasi vncta pnitent. bibitur idē
adeo est liquidus et ad sustinēda que incidūt
aut imittuntur / infirmus: vt folia etiaz pro-
ximis decisa frondibus / nō innatantia ferat:
sed passim et penitus accipiat. Sunt et seuis-
sime fere omni colore varij lycaones: et qua-
les accepimus spingas. Sunt mire aues coz-
nute. Tragapomenes equinis aurib' et He-
gasi. Ceterum oras ad Eurus sequentibus ni-
hil memorabile occurrit. vasta omnia vastis
precisa montibus. ripe potius sunt: q̄ litto-
ra. Inde ingens et sine cultoribus dubiū ali-
quandiu fuit / esset ne vltra pelagus. caperet
ne terra circuitum: an exhausta fructu sine fi-
ne africa se extenderet. veruz et si Hanno car-
thaginensis exploratus missus a suis: cū per
oceanī ostia exisset: magnaz partē eius circū-
uectus / non se mari sed comneatu defecisse
memoratu rettulerat. Et Eudoxus quidā a-
uorum nostrorum temporibus cum Lacha-
num regem Alexandria profugeret / arabico
sinu egressus per hoc pelag' : vt nepos affir-
mat: gades vsqz peruectus est. Ideo eius o-
re nota sunt aliqua. Sunt autē trans ea que

modo deserta diximus muti populi et quibus
pro eloquio nutus est. alij sine sono lingue.
alij sine linguis. alij labris etiam coherentibus
nisi quod sub naribus etiam fistula est: per quas
bibere auent. Sed cum incessit libido vrescen-
di grana singula frugum passim nascentium
absorbere dicuntur. Sunt quibus ante adue-
tum Eudoxi adeo ignotus ignis fuit adeoque
usus mirum in modum placuit: ut amplecti
etiam flammam et ardentia sinu abdere: do-
nec noceret: maxime libuerit. Super eos gran-
dis littores flexus grandem insulam includit
in qua tantum foeminas esse narrant toto cor-
pore hirsutas et sine coitu marium sua sponte
fecundas adeo asperis efferisque moribus: ut
quedam contineri ne reluctentur vix vincu-
lis possint. hoc Hanno rettulit. et quia detrac-
ta occisis coria protulerat: fides habita est. Ul-
tra hunc sinum mons altus: ut greci vocant
theon perpetuis ignibus flagrat. ultra mon-
tem viret collis longo tractu longis littores
obductus: unde visuntur patentes magis capi-
pi: quam ut prospici possint. Manum Satyrorum
que hinc opinio cause fidem cepit: quod cum in his
nihil culti sit. nulle habitantium sedes. nulla
vestigia. solitudo in diem vasta. et silentium
vastius: nocte crebri ignes micant: et veluti

Muti populi.

Claria hominum
monstra.

Foemine sua spon-
te fecunde

Theon.

Hanes. Satyri.

**Aethiopes mi-
nores.**

**Nili fons.
Nuchul.**

Catoblepas.

**Dorcades Dorgo-
num domus.**

**Hesperuceras pro-
montorium.**

castra late iacentia ostenduntur. crepant cym-
bala et tympana: audiunturq; tibie sonantes
maius humanis. Tunc rursus ethiopes: nec
iam dites / quos diximus: nec ita corporibus
similes: sed minores incultiq; sunt: et nomi-
ne hesperio. In horum finibus fons est: quem
nili esse aliqua credibile est: nuchul ab incolis
dicitur. et videri potest non alio nomine ap-
pellari: sed a barbaro ore corruptius / aliter
purum. et minora quidem: eiusdem tamen gene-
ris animalia alijs omnibus in oceanum ver-
gentibus solus in media regione ad orientem
abit: et quo nam exeat incertus est. Unde col-
ligitur nilum hoc fonte conceptus / actumq; a-
liquandiu per inuia et ideo ignotus. iterum se
ubi ad ea possit: ostendere. Letex spatium quo
absconditur efficit: ut hic alio cedere: ille alium
de videatur exurgere. Catoblepas non gran-
dis fera / verum grande et pergrande caput
egre sustinens / atq; ob id in terram plurimum
ore conuersa / apud hos gignitur: ob vim sin-
gularē magis etiam referenda: q; cum impe-
tu morsuq; nihil unquam seuiat: oculos eius vi-
disse mortiferum. Contra eosdem sunt insule
dorcades domus: ut aiunt: aliquando Dor-
gonum. Ipse terre promontorio: cui hesperu-
ceras nomen est / finiunt. Unde incipit frons

illa que in occidentem vergens mari atlantico abluatur. Prima eius ethiopes tenent. media nulli. naz aut exusta sunt. aut harenis obducta. aut infesta serpentibus. Exustis insule apposite sunt: quas hesperidas tenuisse memoratur. In harenis mons est satis de se cōsurgēs: vix incisus vndiqz rupibus preceps. in uisus et quo magis surgit / exilioz: qui q̄ alti⁹ q̄ cōspici potest vsqz in nubila erigitur: celus et sydera non tangere modo vertice sed sustinere quoqz dictus est. Cōtra fortunate insulæ abundant sua sponte genitis ⁊ subinde alijs super alijs innascentibus nihil sollicitos alit̄ beatius q̄ alie vrbes excolte. vna singulari duorum fontium ingenio maxime insignis: alterum qui gustauere risu soluuntur in mortem. ita affectis remedium est ex altero bibere. Ab eo tractu quem fere infestant proximi sunt Synaptodes inflexi lentis curibus quos serpere magis q̄ ingredi referunt. Beind̄ Pharusi aliquando tendente ad hesperidas hercule dices: nunc incultis: et nisi q̄ pecore alunt / admodū inopes. Hinc iā letiores agri amoeniqz saltus. terote. berini eboze abundant. Nigritarum getulorumqz passim vagantium ne littoza quidem infecunda sunt purpura. et murice efficacissimis ad tingēdū: et vbiqz

Hesperidū insule.

Atlas mons.

Fortunate insule.

Diranda duorum fontium natura.

Synaptodes.

Pharusi.

Hercules.

Dauritanie ora.

que tinxere clarissima. Reliqua ē ora Dau-
ritanie exterior et in finem sui fastigiantis se
africe nouissimus angulus iſſoē opibus: sed
minus diues. Leterum solo etiam ditior: et a
deo fertilis est: vt frugum genera nō cum se-
rantur modo benignissime procreet: sed que
dam profundat etiam nota. Hic Anteus re-
gnasse dicitur. et signum quod fabule claruz
proorsus ostenditur collis modicus resupini
hominis imagine iacentis illius vt incole fe-
rūt tumulus: vnde vbi aliqua pars eruta ē:
solent imbres spargi: et donec effossa repleā-
tur/eueniunt. Hominū pars syluas frequē-
tant minus q̄ quos modo diximus vagi.
Hars in vrbibus habitant: quarum vt inter
paruas opulentissime habentur: procul a ma-
ri gildano. dulbritania. proprius autem Sa-
la et Lixio flumini luno proxima. Ultra est
colonia: et fluius gna. et vnde initium feci-
mus ampelusia in nostrum iam fretum ver-
gens promontorium operis huius atq; atlā-
tici littozis terminus.

Anteus.

Antei tumulus.

Ampelusia.


Impressum est hoc opusculum in ciuitate
valentie per Lambertū palmart alemanū.
xviij. die mensis marcij. Laus deo.

Anno. MD. cccc. lxxxii.




Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.







TO
BIBLIOTE

Dep. ...

Núm. ...